est littéralement « l'ensemble des évêques » ; même sens quelques lignes plus bas.

10 seruato, in hanc formam legis consentire debes, hoc ipsum iudiciaria auctoritate defige, episcopalis nos moris regula sanctitati adesse debere, ut non praestigiis iuris neque ligaminibus cuiusque facundiae, sed testamento nouo ac ueteri quod instituit Deus, quod sacrauit dominus Christus, 15 causa possit audiri. » Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

32 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

PL,11,
1270

« Ne quid inordinate fieri uideatur, quoniam hoc et ipsum ueritatis regula continetur, et legum dictat auctoritas, prius est ut personarum numerus designetur ; tum 5 demum ea quae partibus competunt per eos qui firmati fuerint rectius peragentur, ne haec inter incertas personas uideantur infirma. »

33 Emeritus episcopus dixit :

« Cum omnes qui mandaturi sunt adstare uideantur, magisque persona praesentium quam sermo teneatur absentium, quid est quod potest mouere iudicia, cum, 5 statutis omnibus quae primo ex lege descendunt, quaeque initium causae facere consuerunt, tunc demum ad electionem defensorum secundum edicti sublimitatis tuae arbitrium ueniamus ? » Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, ix.

31, 10 debes *edd.* : debe *P*³ debebis *P*¹

33, 6 consuerunt *scripsi cum cod.* : consueuerunt *edd.* 7 edicti *scripsi* : edictum *P edd.*

1. *Lex* ici au sens scripturaire (à l'inverse, *infra*, I, 33, l. 5).

tout en maintenant les règles juridiques habituelles, tu dois acquiescer à cette procédure de la loi divine¹ : veuille bien statuer, avec le poids de ton autorité de juge, que nous devons défendre l'Église en nous conformant à l'usage épiscopal, afin que la cause puisse être plaidée non point suivant les artifices du droit, ni ligotée dans les rets tissés par la faconde de chacun des orateurs, mais selon le Nouveau et l'Ancien Testament, établis par Dieu et consacrés par le Seigneur Christ. » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

32 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Pour le bon ordre de la procédure, puisque le veut ainsi la règle de vérité², et que nous le dicte l'autorité des lois, le premier point est que soient désignées des personnes en nombre déterminé ; alors seulement les intérêts des parties seront défendus, et mieux défendus, par ceux dont l'autorité aura été établie, pour éviter que le débat, mené entre des personnes incertaines, ne soit tenu pour nul et non avenu. »

33 L'évêque Emeritus dit :

« Puisqu'on peut voir que sont présents ceux qui donneront mandat, et que la personne des présents est légalement plus valide que les propos des absents, en quoi la procédure peut-elle être bouleversée puisque, après avoir fixé toutes les dispositions formelles découlant de la loi, puis les questions préjudicielles ordinaires de tout débat, nous en viendrons alors à l'élection des défenseurs, conformément à la décision de l'édit de ta Hauteur ? » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

2. Sur la signification de *regula ueritatis* dans le contexte augustinien, cf. A. C. DE VEER, dans *Traité anti-donatistes*, vol. IV, *Biblioth. Aug.*, t. 31, p. 832-834 ; nous pensons que Marcellinus l'entend, de façon profane, au sens de norme de procédure correcte.

34 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Numquam habere potuit certam multitudo personam, cum hoc etiam in publicis actionibus atque corporibus soleat custodiri, ut per ordinatas atque firmatas omnia peragantur. »

35 Emeritus episcopus dixit :

« Teneo fidem tuam, uir sublimis, nihil mihi de iuris lege praescribi, ubi agitur <de> fide. » Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

36 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Interloquutione mea non ius cessare debere, sed forensem contentionem, apertissime definiui. Neque enim possunt aliqua quae competunt partibus denegari ; sed si hoc utrarumque partium consensus habet, ut nihil de iure publico, sed omnia ecclesiasticis regulis, id est noui et ueteris testamenti testimoniis peragantur, pars utraque designet. »

37 Petilianus episcopus dixit :

« Optimus moderator ! » Et, alia manu : « Petilianus recognoui. »

38 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Quoniam secundum nobilitatis tuae edictum non omnes nostri collegae adsunt, illi obtemperantes edicto, et

Cf. Avg., *Breu. cont.*, I, ix.

35, 3 de add. edd.

36, 3 interloquutione P *Pith.* : -quutio *Mass. Bal.* -cutio *Dup.* || cessare *P¹ edd.* : cessari *P²* 4 definiui *P²* : definiuit *P² edd. except. Pith.*

34 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Une foule n'a jamais pu avoir une personne certaine, puisque la règle qui consiste à tout débattre par l'intermédiaire de personnes commises et mandatées est d'ordinaire observée même quand il s'agit de droit commun et d'associations¹. »

35 L'évêque Emeritus dit :

« J'ai ta parole, noble juge, de ne me voir opposer aucune objection d'ordre juridique, dans un débat qui porte sur la foi. » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

36 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Par mon interlocutoire, j'ai bien clairement défini que devait s'effacer, non point le droit, mais l'esprit de chicane procédurière. On ne peut en effet refuser de faire droit aux parties ; mais si telle est bien la volonté des deux parties, de ne rien mener selon le droit public, mais selon les règles ecclésiastiques, c'est-à-dire selon le témoignage du Nouveau et de l'Ancien Testament, qu'on me le dise de chaque côté. »

37 L'évêque Petilianus dit :

« L'excellent juge que voici² ! » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, j'ai authentifié. »

38 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Puisque conformément à l'édit de ta Noblesse nos collègues ne sont pas tous présents, obéissant en cela à cet édit, et puisque d'autre part la volonté de tous est

1. Cf. P. BONFANTE, *Corso di diritto romano*, Rome 1930, VI, p. 312 sq.

2. Le mot *moderator* figure dans les Codes, mais assez rarement, pour signifier « gouverneur de province », et aussi « juge » (cf. O. GRADENWITZ, *Heidelberger Index zum Theodosianus*, s.v.).

uoluntas cunctorum¹ mandato continetur, iube hoc idem
5 mandatum ab officio suscipi et recitari. » Et, alia manu :
« Recognoui. »

39 Emeritus episcopus dixit :

« Si iubes, competit causae, per integritatem tuam. »
Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

40 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius,
dixit :

« Aliud constat esse quaesitum, ut utrum a iure publico
5 recedi uelitis et totum diuinis legibus agitari uestris
professionibus demonstratis. »

41 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Inueniet hoc ipsum sublimitas tua, cum hoc mandatum
fuerit recitatum. » Et, alia manu : « Recognoui. »

42 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius,
dixit :

« Et hoc mandato euidentissime continetur ut, omnia
iuris publici controuersia, omnia diuinis legibus pera-
gantur? »

^{PL,11,}
¹²⁷¹ **43** Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Recitatio mandati sensus tuos poterit informare. »
Et, alia manu : « Recognoui. »

44 Petilianus episcopus dixit :

« Legem Dei repudiat qui dubitat quid debeat profiteri. »
Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

Cf. AvG., *Breu. conl.*, I, ix.

40, 3 quaesitum ut utrum *Bal.* : quaesitum ut. *P*

44, 2 dubitat quid *Bal. recte ex cap.*, I, 44 : dubitauit quod *P*

exposée dans le mandat, ordonne que le greffe soit mis en
possession de ce mandat et en donne lecture. » Et, d'une
autre main : « J'ai authentifié. »

39 L'évêque Emeritus dit :

« Si tu en donnes l'ordre, cela est du ressort de la cause,
par ton Intégrité¹ ! » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus,
évêque, j'ai authentifié. »

40 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Il est clair que c'est une autre question qui vous a été
posée : à savoir, que vous montriez par vos déclarations
si vous voulez qu'on abandonne le droit public pour
débatte tout selon les lois divines. »

41 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Ta Hauteur connaîtra notre réponse après lecture de
notre mandat. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

42 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Et ce mandat indique bien nettement que, toute
argutie de droit public mise à part, tout doit être débattu
selon les lois divines? »

43 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« La lecture du mandat en instruira tes oreilles. » Et,
d'une autre main : « J'ai authentifié. »

44 L'évêque Petilianus dit :

« Il rejette la loi de Dieu, celui qui tergiverse sur ce
qu'il doit déclarer. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus,
évêque, j'ai authentifié. »

1. Le débat au fond risque d'être engagé par le dépôt et la lecture
du *mandatum* catholique ; c'est ce que veut éviter la partie adverse.

45 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Ego haec partium uolui responsione firmari. Ceterum certum est me, quoniam imperiali praecepto omnia nunc aguntur per quod iura constituta sunt, omnino <a legibus deuiare> non posse. »

46 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Legem Dei non repudiamus cum hoc mandatum ingerimus legendum in quo potest omnis nostra assertio perderi. Nec enim egredi possumus limitem istius mandati quod nobis patres uel fratres nostri uniuersalis concilii ecclesiae catholicae hic apud Carthaginem constituti mandarunt. » Et, alia manu : « Recognoui. »

47 Emeritus episcopus dixit :

« Fidei causa est quae et sine mandato ipso iure agi potest. Neque enim alibi oculos habet Deus, aut deseruit caelum, ne intendat causam suam. Quid est quod de mandato, uel de obligatione mandati, de subscriptione, de modo, de formulis quaeritur? Quid est quod in hac causa, quasi aut refragantis aut non mandati, iudicialis sponsio arbitrium flagitat, cum singuli quique propriam causam et salutis suae negotium gerant, superfluumque sit ceterorum mandatum, cum in uno constet ecclesiae tota persona? Aduertat, uir nobilis, integritas tua, quam in ista sede iam quodam lumine coruscare cognoscimus, ueritatem ita

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, ix.

45, 5 a legibus deuiare *addidi* ; cf. I, 54, 7

47, 6 modo *Bal.* : nodo *P* 7 mandati *edd.* : mandatis *P*
12 coruscare *edd.* : choruscare *P*

1. Texte peu sûr ; *iudicialis sponsio* semble signifier ici *stipulatio*

45 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Quant à moi j'ai désiré que ceci fût affirmé par une réponse des parties. Au reste, il est évident, puisque tout est maintenant débattu selon l'instruction impériale, par laquelle est fixée la procédure, que je ne puis absolument pas m'écarter des lois. »

46 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Nous ne rejetons pas la loi de Dieu quand nous apportons au débat ce mandat à lire, où l'on peut s'instruire de notre thèse dans sa totalité. Et nous n'avons en effet pas le pouvoir de transgresser les limites de ce mandat, dont nous ont investis nos pères et nos frères du concile général de l'Église catholique, réuni ici à Carthage. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

47 L'évêque Emeritus dit :

« Il s'agit ici d'une affaire de foi qui, même sans mandat, peut être débattue selon sa procédure propre. Car Dieu ne porte pas ses regards ailleurs, non plus qu'il n'a déserté le ciel, pour se détourner de sa propre cause. Pourquoi ces questions sur le mandat, ou sur les obligations imposées par le mandat, sur la souscription, sur le mode, sur les formules? Quelle raison pour que dans ce débat une sorte de stipulation du juge demande l'arbitrage d'un mandat qui repousse en bloc ou qui accepte en bloc¹, alors que chacun de nous plaide soi-même sa propre cause, et défend son propre salut, et qu'est superflu le mandat donné par tous les autres, quand l'Église tout entière est personnellement présente en un seul d'entre nous². Que ton Intégrité, noble juge, dont nous voyons déjà en quelque sorte étinceler la lumière sur le siège que tu occupes, veuille

iudicialis (cf. A. BERGER, *Encyclopedic Dictionary of Roman Law*, s.v.).

2. Sur les implications ecclésiologiques de ce point de vue, cf. *Introd.*, t. I, p. 210, note 3.

praesidere debere ut, si forensis altercatio iurisque conflictus
 in medio mittitur, proponatur; sin autem simplex illa
 15 ueritas qua datur uita, qua renascitur saeculum, qua
 liberatus est mundus in hoc iudicio spiritali altercatione
 conquiritur, quaeso, uir sublimis, utrumque proponant et
 de utroque unum eligant. Aut enim merita iuris omittere
 non possunt praescriptionemque causarum, aut si de illis
 20 sacratissimis legibus quibus communis reuerentia est
 adhibenda <pendemus>, ipsas magis amplectar et
 teneam, et quasi caelestis arae pontificatum adorem
 semper ac uenerer, ut et tibi integro cognitori secundum
 institutum mentis tuae morisque ordinem certa sit causa
 25 iudicanda nec fluctuet iudicium tuum, de quo est Deus et
 populus iudicaturus. » Et, alia manu : « Emeritus episcopus
 recognoui. »

48 Fortunatianus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Catholica ecclesia quae toto, sicut promissa est,
 terrarum orbe diffunditur, cum aduersae parti semper de
 fide obtulisset et de actione quam nobis criminosae obiciunt
 5 conlationem, et scriptis publicis et testimoniis multorum
 et conuentione magistratum facilius edocebitur. Sed ut
 omni ex parte tuta sit ipsius conlationis causa confusa non

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, ix.

19 praescriptionemque Dup. : perscriptionemque P 21 pen-
 demus scripsi : patientia P edd. pendemus patientia dubitanter
 Dup. 25 iudicanda scripsi : iudicandi P edd.

48, 2-3 sicut promissa est terrarum orbe *transp. Bal. recte ex Avg.*,
Breu. conl., I, x : sicut terrarum orbe promissa est P 4 crimi-
 nose edd. : criminosae P

1. Bon échantillon de l'éloquence précieuse et souvent obscure
 d'Emeritus, mais aussi résumé assez fidèle de la position de principe
 des donatistes à l'orée du débat (cf. *Introd.*, t. I, p. 73-74).

bien s'aviser que la sincérité doit à ce point présider aux
 débats que, si l'on doit y étaler les querelles du prétoire
 et les escarmouches de la procédure, on le déclare nette-
 ment ; mais si, dans ce débat, ce qui est mis en question,
 par une dispute toute spirituelle, c'est cette simple vérité
 qui assure le don de la vie, la renaissance du siècle, la
 libération du monde, alors, je t'en requiers, sublime juge,
 qu'ils posent clairement l'alternative, et qu'ils fassent leur
 choix. Ou bien en effet ils ne peuvent passer outre aux
 exigences de la procédure et aux objections préalables à la
 cause ; ou bien, si nous dépendons de ces lois très sacrées
 auxquelles nous devons une commune vénération, alors
 ce sont elles bien plutôt que j'embrasserai et auxquelles
 je me tiendrai, elles que j'adorerai et vénérerai comme
 l'autorité pontificale de l'autel céleste, afin que pour toi,
 juge intègre, comme le veulent tes propres dispositions
 d'esprit et les règles de la pratique, la cause à juger soit
 bien définie, sans que soit irrésolu ton propre jugement,
 duquel Dieu et le peuple fidèle seront juges¹. » Et, d'une
 autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

48 Fortunatianus², évêque de l'Église catholique, dit :

« De quelle manière l'Église catholique, qui, selon la
 promesse qui lui a été faite, s'étend dans le monde entier,
 a toujours offert à la partie adverse une conférence portant
 sur la foi, mais aussi sur notre conduite, qu'ils nous
 reprochent comme un crime, on pourra facilement s'en
 instruire au moyen des actes publics, par de nombreux
 témoignages, ainsi que par les citations faites par les
 magistrats³. Mais une foule mêlée ne peut assurer en tous
 points la tranquillité des débats de cette conférence. Que

2. Évêque de *Sicca Veneria* (Le Kef) ; sur l'action de cet avocat
 catholique, cf. *Introd.*, t. I, p. 243-246.

3. Allusion au projet de rencontre de 403 ; cf. *Introd.*, t. I, p. 14-16.

facit multitudo. Deligant igitur fratres nostri, quia uolunt, ex aduerso sistentes, aliquos sui ordinis primarios uiros, quibus totam actionis summam committant atque adstipulationem faciant praesentium gestorum, ut si forte in assertione eiusdem causae defecerint, in eorum persona qui huiusmodi negotium susceperint absque cunctatione uictos eos esse et recitatio demonstret actorum. Et ideo quia non opus est multifaria dilatione causam peragere, deligant personas secundum propositi edicti tenorem quae collationis causam suscipiant, ut omnibus semper probata ueritas luce clarius demonstretur. Nam mandatum nihil iuris et cauillationis forensis habere eius lectione, si pars aduersa patiat,ur, facilius edocebitur. » Et, alia manu : « Reconoui. »

49 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Prosecutionem tuam cum imperiali certum est concordare praecepto, quo constitutum est ut certus a singulis partibus numerus deligatur. Nam, siue iuris siue fidei causa tractatur, certae debent adstare personae, ut quidquid actum fuerit integrum robur obtineat. »

50 Fortunatianus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Dignetur igitur spectabilitas tua mandatum susceptum officio tradere et recitari <iubere>, ut ex eo tenore pars

Cf. *AvG.*, *Breu. cont.*, I, ix.

15 dilatione *edd.* : ob dilatione *P*

50, 3 recitari iubere *Bal.* : recitari *P Pith.* recitare *Mass.*

1. Ainsi, en 313, les griefs présentés contre Cécilien par les fidèles du parti de Maiorinus n'était pas recevables par les magistrats, parce que les accusateurs ne constituaient pas une « personne » (cf. *AvG.*, *Ep.* 43, 15 : « a plebe partis Maiorini, quae certam personam non habebat »). L'interlocutoire de Marcellinus apporte confirmation

nos frères qui sont présents, et présents en adversaires parce qu'ils le veulent bien, daignent donc choisir quelques membres importants de leur épiscopat, à qui ils confieront toute la responsabilité du débat, et à qui ils garantiront leur accord pour les actes en cours, en sorte que, au cas où ils ne sauraient se justifier dans la défense de leur cause, la lecture des actes montre sans hésitation possible qu'ils auront été vaincus en la personne de ceux qui auront eu la responsabilité de l'affaire. Et puisqu'il n'est pas nécessaire d'introduire toutes sortes d'atermoiements dans le débat, qu'ils choisissent des personnes, conformément au texte de l'édit qui a été affiché, pour prendre la responsabilité des débats de la conférence, afin que la vérité, mise à l'épreuve en permanence, apparaisse plus clairement que le jour aux yeux de tous. Quant au mandat, il ne procède en rien des arguties ou des chicanes du prétoire, comme on pourra s'en rendre compte par sa lecture, si la partie adverse y consent. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

49 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Ta déclaration concorde sans aucun doute avec l'instruction impériale, qui a statué qu'un nombre déterminé de porte-parole soit élu par chacune des parties. Car, en matière profane ou en matière ecclésiastique, ce sont des personnes certaines qui doivent être présentes¹, de manière que chacun des actes en tire une entière validité. »

50 Fortunatianus, évêque de l'Église catholique, dit :

« Que ta Respectabilité veuille donc bien transmettre au greffe le mandat qu'elle a reçu et le faire lire, afin que sur la base de son contenu la partie adverse -- adverse

que, sur ce point du moins, la procédure ecclésiastique se conformait aux règles de la procédure romaine (cf. constitution de Gratien, dans *C. Th.*, XVI, 2, 23).

aduersa, quia dignatur, ab hoc instructa ualeat obiectis
 5 omnibus respondere, unde possit etiam clarescere nihil nos
 iure publico uelle tergiuersari.» Et, alia manu : « Reco-
 gnoui. »

51 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius,
 dixit :

« Professionem quam exspectabat sanctitas uestra eu-
 denter accepit. Patiatur ergo nunc recitari mandatum,
 5 saluo eo ut utraque pars agnoscat me imperialis praecepti
 formam custodire debere. »

Fortunatianus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :
 « Si iubet spectabilitas tua, recitabo. »

52 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius,
 dixit :

« Vniuersa quae a partibus offeruntur, ut omnis ampu-
 tetur ambago, ab officio recitentur. »

53 Petilianus episcopus dixit :

« Sine praeiudicio nostro legat, saluo eo quia haec
 causatio forensis est, non legalis. Nam uti mandato, his
 formulis praesumere non est ecclesiasticae consuetudinis
 5 sed forensis ludi atque certaminis, et illius exercitii quod
 magis argumentis quam fide aliqua saepe subsistit. Proinde,
 nobilitatis tuae spectabilitatisque censura, etiam atque
 etiam in hoc loco morari dignentur, ut edicant utrum lege
 diuina causam agi uelint et ipsam disceptationem inter
 10 partes uentilari, an omnino legibus publicis uti uelint,
 quoniam in utroque mihi plurima competunt, ut, si a lege
 discesserit, episcopum se non esse demonstret ; si uero
 legem tenuerit, tunc ei ut illi qui christianus esse desiderat

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, 1x.

51, 8 recitabo scripsi cum cod. P : recitetur Bal.

parce qu'elle le veut bien ! — puisse, instruite par ce
 document, répondre à toutes les objections faites ; en sorte
 aussi qu'on puisse voir clairement que nous n'avons pas
 l'intention de tergiverser en usant des ressources du droit
 public. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

51 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Vos Saintetés ont obtenu clairement en réponse la
 déclaration qu'elles attendaient : qu'elles souffrent donc
 que soit lu le mandat, restant bien entendu que chaque
 partie reconnaît que je dois me conformer à la procédure
 fixée par l'instruction impériale. » Fortunatianus, évêque
 de l'Église catholique, dit : « Si ta Respectabilité l'ordonne,
 je procéderai à la lecture. »

52 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Pour éviter toute contestation, toutes les pièces
 produites par les parties seront lues par le greffe. »

53 L'évêque Petilianus dit :

« Sans préjudice pour nous, qu'il le lise, avec cette réserve
 que cette procédure d'accusation ressortit au prétoire, et
 non à la loi de Dieu. En effet, avoir recours à un mandat,
 puiser son assurance dans ces formules juridiques, cela
 n'est pas d'usage ecclésiastique, mais jeu et joute de
 prétoire, et pratique qui se nourrit souvent d'arguties plus
 que de loyauté. Donc, que la rigueur de ta Noblesse et de
 ta Respectabilité les invite à bien vouloir s'attarder encore
 sur ce point, afin de préciser s'ils veulent que la cause soit
 débattue et la controverse en son fond discutée entre
 les parties selon la loi divine ; ou bien s'ils veulent
 avoir recours exclusivement aux lois publiques ; parce que
 l'une et l'autre option sont grandement déterminantes pour
 mon attitude : si l'adversaire s'écarte de la loi de Dieu,
 il montre par là qu'il n'est pas un évêque ; mais s'il s'en
 tient à cette loi, je dois lui répondre comme à un homme

debeam respondere. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus
15 recognoui. »

54 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius,
dixit :

« Si nullo potestatis saecularis iudice residente inter
episcopos tantum haec contentio tractaretur, tunc demum
5 eorum erat arbitrii, et forsitan iusti, ut nihil publico
uelint iure tractari. Me autem, cum legumlatores hii sint
PL,11, qui me iudicem delegerunt, a legibus certum est deuiare
1273 non posse ; quamuis professionem partis e diuerso uenientis
apertissime suscepit sanctitas uestra, in qua id expres-
10 sisse cognoscitur quod uestra prosecutio postulauit. Vnde
mandatum per officium recitetur. »

55 Petilianus episcopus dixit :

« Legat. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus reco-
gnoui. » Romulus exceptor recitauit :

« Post consulatum Varanis, uiri clarissimi, III kalen-
5 darum iuniarum, mandatum factum in ecclesia... » Et, cum
recitaret, Adeodatus episcopus dixit : « Sine praediuicio
nostro recitet. » Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et
notarius, dixit : « Saepius interfatus sum omnia integris
responsionibus recitari. » Romulus exceptor recitauit :
10 « Mandatum factum in ecclesia Carthaginensi ab uniuerso
concilio episcoporum catholicorum, praesidente Aurelio
episcopo ecclesiae Carthaginensis et Siluano primate
PL,43, Numidiae.
822 Quamuis causa ecclesiae catholicae aduersus omnes

Cf. *Avg., Breu. cont., I, x.*

54, 6 hii scripsi cum cod. : ii edd.

55, 4 kalendarum iuniarum edd. : kl iun P

qui désire être chrétien. » Et, d'une autre main : « Moi,
Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

54 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Si ce différend était examiné exclusivement entre
évêques, sans que siègeât un juge relevant du pouvoir
séculier, alors seulement il eût dépendu de leur décision — et
d'une décision sans doute juste — de ne rien vouloir débattre
selon le droit public ; mais, pour moi, puisque ce sont des
législateurs qui m'ont choisi pour juge, je ne puis, c'est
l'évidence, m'écarter des lois ; encore que vos Saintetés
aient eu clairement en réponse la déclaration de la partie
adverse où l'on voit que s'exprime l'accord avec ce qui
était réclamé par votre intervention. En vertu de quoi,
que le greffe procède à la lecture du mandat. »

55 L'évêque Petilianus dit :

« Qu'il le lise. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus,
évêque, j'ai authentifié. » Le greffier Romulus lut :

« Après le consulat de Varanes, clarissime, le 3 des
kalendes de juin, mandat fait dans l'église¹... » Et, comme
il lisait, l'évêque Adeodatus dit : « Qu'il lise, sans préjudice²
pour nous. » Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :
« J'ai souvent dit en interlocutoire que les lectures sont
faites en réservant tout droit de réponse. » Le greffier
Romulus lut : « Mandat fait dans l'église de Carthage
par le concile général des évêques catholiques, sous la
présidence d'Aurelius, évêque de l'église de Carthage, et de
Silvanus, primat de Numidie.

Bien que la cause de l'Église catholique soit assez et
même surabondamment défendue par les textes de l'Écri-

1. En date du 30 mai 411 ; analyse de ce document dans *Introd.*,
t. I, p. 45-50.

2. Le terme n'a pas nettement un sens technique ; il signifie
cependant que la lecture du document catholique ne doit pas faire
naître un « préjugé » dans l'esprit du juge.

15 falsas criminationes quibus eam usquequaque diffusam
 scismatici et haeretici per suas quasque regiones uel
 prouincias uel diuisi atque separati uaniloquiis et sacrilegis
 insectantur erroribus satis superque diuinis testimoniis
 20 defendatur, in Africa uero aduersus donatistas etiam
 ecclesiastico atque imperiali iudicio, sicut oportebat uel
 necesse fuerat, terminata sit, tamen, quia id ipsum homi-
 nibus qui ista nesciunt — quo eos ad aeternam salutem
 christianae caritatis adquiramus — instantius manifes-
 tandum atque declarandum est, placuit nobis ex Dei
 25 domini uoluntate in hanc Carthaginensis ciuitatis conuenire
 ecclesiam et eligere idoneos fratres collegasque nostros ad
 adserendam huius causae defensionem, qui crimina falsis-
 sima ecclesiae catholicae, quae toto, sicut de illa diuina
 testantur eloquia, terrarum orbe diffunditur, a parte
 30 Donati obiecta redarguant.

Ecclesia quippe Christi sanctis patribus nostris Abrahae,
 Isaac et Iacob, et populis omnibus per imitationem fidei
 posteris et filiis eorum, ita diuina et ueridica uoce promissa
 est, ut nulla humana et maledica possit uoce conuinci.
 35 Ad Abraham namque ita loquutus est Deus : *Per me*
iurauit, dicit dominus, propter quod fecisti uerbum hoc et non
pepercisti filio tuo amantissimo propter me, nisi benedicens
benedicam te, et implendo implebo semen tuum tamquam
stellas caeli et tamquam harenam quae secus oram maris est.
 40 *Et hereditatem possidebit semen tuum ciuitates aduersa-*
riorum; et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae
*quia obaudisti uocem meam*¹. Ad Isaac quoque ita de hac

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

16 haeretici *edd.* : heretici *P* 23 christianae caritatis *scripti*
cum cod. : christiana caritate *Bal.* 35 Abraham *edd.* : Abra-
 haam *P* 41 semine *edd.* : semini *P*

ture contre les fausses accusations dont la poursuivent,
 elle qui est répandue dans tout l'univers, des schismatiques
 et des hérétiques divisés et séparés les uns des autres,
 chacun dans leurs régions ou dans leurs provinces, par leurs
 vains discours et leurs erreurs sacrilèges, et bien qu'en
 Afrique en particulier cette cause ait été terminée contre les
 donatistes aussi par un jugement ecclésiastique et par un
 jugement impérial, ainsi qu'il convenait et qu'il était néces-
 saire, cependant, parce qu'il convient de le manifester et de le
 déclarer de façon pressante aux hommes qui n'en sont pas
 instruits, afin de les gagner à l'éternel salut de la charité
 chrétienne, il nous a paru bon, selon la volonté de Dieu,
 notre Seigneur, de nous réunir dans cette église de la cité
 de Carthage, et de choisir parmi nous des frères et des
 collègues capables de soutenir la défense de cette cause,
 en réfutant les accusations pleines de fausseté lancées par
 le parti de Donat contre l'Église catholique, qui est
 répandue sur toute la surface de la terre, comme l'atteste
 à son sujet la parole divine.

En effet l'Église du Christ a été promise de telle sorte,
 par la voix ueridique de Dieu, à nos saints patriarches
 Abraham, Isaac et Jacob, et à tous les peuples qui sont
 leurs descendants et leurs fils par l'imitation de leur foi,
 qu'elle ne peut être confondue par la voix médisante
 d'aucun homme. En effet, c'est ainsi que Dieu s'est adressé
 à Abraham : « Je l'ai juré en moi-même, dit le Seigneur,
 puisque tu as accompli mon ordre et qu'en considération
 de moi tu n'as pas épargné ton fils très cher, je te comblerai
 de bénédictions et je multiplierai sans fin ta descendance
 comme les étoiles du ciel, comme le sable qui borde le
 rivage de la mer, et ta race possédera en héritage les cités
 des adversaires, et en ta postérité seront bénies toutes les
 nations de la terre, parce que tu as obéi à ma voix¹. »

1. *Gen.* 22, 16-18.

re uerba sunt domini : *Statuam iusiurandum meum quod iuravi Abraham patri tuo, et ampliabo semen tuum tamquam*
 45 *stellas caeli, et dabo tibi et semini tuo omnem terram hanc, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, pro his quae obaudiuit Abraham pater tuus meam uocem, et seruauit praecepta mea et iustitias meas et legitima mea*¹. Ad Iacob etiam loquens, hoc idem adtestatione praeclarissima
 50 *pollicetur : Et erit semen tuum sicut harena terrae, et multiplicabitur supra mare et in Africum et in Aquilonem, et ad orientem, et benedicentur in te omnes tribus terrae, et in semine tuo*². Vnde propheta Esaias his uocibus consonans, istam ecclesiam in Spiritu Sancto futuram praeuidens, sic
 55 *alloquitur : Laetare, sterilis, quae non paris, erumpe et exclama quae non parturis, quoniam multi filii desertae magis quam eius quae uirum habet. Dixit enim dominus : Dilata locum tabernaculi tui, et aularum tuarum fige palos. Noli parcere, longos fac funiculos tuos, et palos tuos confirma.*
 60 *Adhuc in dexteram et sinistram extenderis, et semen tuum gentes possidebit, et ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam praeualebis; neque uerearis quod detestabilis fueris. Confusionem enim in aeternum obliuisceris, ignominiae uiduitatis tuae non eris memor, quoniam ego dominus qui facio te; dominus nomen illi, et qui liberauit te Deus Israel uniuersae terrae uocabitur*³. Item alio loco : *Et palefaciet dominus brachium suum sanctum in conspectu uniuersarum gentium, et uidebunt omnes nationes usque ad intima terrae salutem quae a Deo est*⁴. Item dicit : *Posui*

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

46-47 pro his quae obaudiuit P *Mass. Pith.* : pro hoc quia Bal.
 52 orientem *edd.* : oriente P 66 Israel *edd.* : Israhel P
 68 usque *edd.* : usquae P

1. *Gen.* 26, 3-5.

A Isaac aussi telles sont à ce sujet les paroles du Seigneur : « Je tiendrai le serment que j'ai juré à Abraham ton père, et je multiplierai ta descendance comme les étoiles du ciel, et je te donnerai, à toi et à ta descendance, toute cette terre, et dans ta descendance seront bénies toutes les nations de la terre, parce qu'Abraham, ton père, a entendu ma voix, et qu'il a observé mes préceptes, mes lois et mes rites¹. » Parlant également à Jacob, il lui fait la même promesse par cette déclaration très claire : « Et ta descendance sera comme le sable de la terre, et elle se multipliera sur la mer, du côté de l'Africus et de l'Aquilon, et vers l'Orient, et toutes les tribus de la terre seront bénies en toi et en ta descendance². » Par suite, le prophète Isaïe, faisant écho à ces paroles, prévoyant cette Église à venir dans le Saint-Esprit, s'adresse à elle en ces termes : « Réjouis-toi, stérile, qui n'enfantas pas ; éclate et crie de joie, toi qui n'enfantas pas, car nombreux sont les fils de la délaissée, plus que ceux de celle qui a un mari. Car le Seigneur dit : Élargis l'espace de ton campement et plante les piquets de tes tentes. Ne lésine pas : allonge tes cordages et consolide tes pieux. Tu t'élargiras encore vers la droite et vers la gauche, et ta descendance possédera les nations et tu habiteras des cités désertes. Ne crains pas, puisque tu l'emporteras, et ne rougis pas d'avoir été repoussée. Car tu oublieras pour l'éternité ta confusion, tu n'auras plus souvenir de l'opprobre de ton veuvage, car c'est moi le Seigneur, qui te crée, — le Seigneur est son nom — et celui qui t'a délivrée sera appelé le Dieu d'Israël de toute la terre³. » De même, ailleurs : « Et le Seigneur découvrira son bras saint aux yeux de toutes les nations, et toutes les nations jusque dans les profondeurs des terres verront le salut qui vient de Dieu⁴. » De même, il dit : « Je t'ai

2. *Gen.* 28, 14.

3. *Is.* 54, 1-5.

4. *Is.* 52, 10.

- 70 *te in testamentum generis, in lucem gentibus, ut sit salus usque in fines terrae*¹. Malachias etiam propheta praeuidens sacrificium primi populi cessaturum, et toto orbe terrarum, id est a solis ortu usque ad occasum, alterum sacrificium glorificato in gentibus nomine domini celebrandum, ita
- 75 loquitur ad Iudaeos : *Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus uestris, quoniam ab ortu solis usque ad occasum clarificatum est nomen meum in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum; quoniam*
- 80 *magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omni-*
- PL,43, potens². Hieremias quoque gentes ab extremo terrae
- 823 uenturas ad Deum, damnatis simulacrorum superstitionibus, sic praedicat : *Domine, uirtus mea et adiutorium meum et refugium meum, in die malorum, ad te gentes*
- 85 *uenient ab extremo terrae, et dicent : Quam falsa possiderunt patres nostri idola, et non est in eis utilitas*³. Quia uero non in unum aliquem terrae locum ex aliis locis gentes uenturas esse praedictum est, sed in locis suis eum adoraturas in quem damnatis simulacris fuerant crediturae, sic Sophonias
- 90 propheta testatur : *Praeualebit dominus aduersus eos, et disperdet omnes deos gentium terrae, et adorabunt eum unusquisque de loco suo omnes insulae gentium*⁴.

His atque aliis multo pluribus testimoniis legis et prophetarum adserentibus ecclesiam toto terrarum orbe

95 diffundi, psalmi etiam diuini ita concinunt : *Dominus dixit ad me : Filius meus est tu, ego hodie genui te; postula*

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

71 Malachias *Mass. Bal.* : Malachi P 74 celebrandum *edd.* : caelebrandum P 85 possiderunt *scripsi cum cod. P* : possederunt *edd.*

1. *Is.* 49, 6.

établie pour être l'alliance de ta race, la lumière des nations, pour que le salut soit jusqu'aux extrémités de la terre¹. » Le prophète Malachie, de son côté, prévoyant la cessation des sacrifices du premier peuple et la célébration à venir sur toute la surface de la terre, c'est-à-dire du levant au couchant, d'un autre sacrifice glorifiant chez les nations le nom du Seigneur, s'adresse ainsi aux juifs : « Ma volonté n'est plus en vous, dit le Seigneur tout-puissant, et je n'accepterai pas de sacrifice de vos mains, car du levant au couchant mon nom est glorifié chez les nations, et en tout lieu de l'encens est offert à mon nom, ainsi qu'un sacrifice pur ; car grand est mon nom parmi les nations, dit le Seigneur tout-puissant². » Quant à Jérémie, il prédit en ces termes que les nations viendront à Dieu des extrémités de la terre, après condamnation des superstitions des idoles : « O Seigneur, ma force, mon secours et mon refuge pour le jour des malheurs, les nations viendront vers toi des extrémités de la terre, et elles diront : A quel point étaient fausses les idoles que possédaient nos pères, et combien il n'y a en elles aucune utilité³. » Que d'autre part il a été prédit que les nations venues vers Dieu de différents points ne se rassembleront pas en un seul endroit de la terre, mais qu'elles adoreront chacune chez elle celui en qui elles allaient croire, après avoir condamné les idoles, le prophète Sophonie l'atteste en ces termes : « Le Seigneur prévaudra contre eux, et il anéantira tous les dieux des nations de la terre, et toutes les îles des nations l'adoreront, chacune de sa propre place⁴. » A ces textes et à de très nombreux autres textes de la Loi et des Prophètes attestant la diffusion de l'Église sur toute la surface de la terre, les divins Psaumes font aussi écho en ces termes : « Le Seigneur m'a dit : Tu es mon fils, moi-même aujourd'hui

2. *Mal.* 1, 10-11.

3. *Jér.* 16, 19.

4. *Soph.* 2, 11.

a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae¹. Item in alio psalmo de domino Christo in figura Salomonis : *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos finis terrae. Coram illo decident Aethiopes, et inimici eius terram lingent. Reges Tharsis et insulae munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruiant illi*². Item in alio psalmo : *Deus deorum dominus loquutus est et uocauit terram a solis ortu usque ad occasum; ex Sion species decoris eius*³.

Propterea ipse quoque dominus Iesus, qui loquutus fuerat antea per ora prophetarum, posteaquam resurrexit a mortuis, iam per os proprium sic promisit ecclesiam :
 110 *Oportebat, inquit, impleri omnia quae scripta sunt in lege, et prophetis, et psalmis, de me. Tunc aperuit illis sensum ut intellexerent scripturas, et dixit eis : quia sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine eius poenitentiam et remissionem*
 115 *peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem*⁴, tamquam illud testimonium psalmi quod recentissimum posuimus uerbis aliis exponeret. Nam quod ibi positum est : *uocauit terram a solis ortu usque ad occasum*, hoc dominus ait : *per omnes gentes*. Et quod ibi positum est :
 120 *ex Sion species decoris eius*, hoc dominus ait : *incipientibus ab Hierusalem*. Quis enim nesciat Sion et Hierusalem unam esse ciuitatem, unde coepit passio et resurrectio domini Iesu Christi per orbem terrarum populis mundandis atque

Cf. Avg., *Breu. cont.*, I, x.

1. Ps. 2, 7-8.

2. Ps. 71, 8-11.

3. Ps. 49, 1-2. Nous avons respecté le découpage du texte dans le manuscrit (cf. *infra*, I, 118-120).

4. Lc 24, 44-47.

je t'ai engendré ; réclame-moi et je te donnerai les nations pour héritage, et pour domaine les extrémités de la terre¹. » De même dans un autre psaume parlant du Seigneur Christ sous les traits de Salomon : « Il régnera en maître d'une mer à l'autre et du fleuve jusqu'aux bornes de l'extrémité de la terre. Devant lui tomberont les Éthiopiens, et ses ennemis lècheront le sol. Les rois de Tharsis et de l'île lui offriront les présents, les rois des Arabes et de Saba lui apporteront des cadeaux. Et tous les rois de la terre l'adoreront, toutes les nations le serviront². » De même, dans un autre psaume : « Le Seigneur Dieu des dieux a parlé, et il a appelé la terre du levant au couchant ; c'est de Sion que viendra l'éclat de sa splendeur³. »

Voilà pourquoi le Seigneur Jésus lui-même, qui s'était exprimé auparavant par la bouche des Prophètes, après avoir ressuscité d'entre les morts a promis l'Église de sa propre bouche en ces termes : « Il fallait, dit-il, que fût accompli tout ce qui a été écrit sur moi dans la Loi, les Prophètes et les Psaumes. Alors il leur ouvrit l'esprit, pour qu'ils entendissent les Écritures, et il leur dit : Il a été écrit et il fallait ainsi que le Christ souffrît passion et ressuscitât d'entre les morts le troisième jour, et qu'on prêchât en son nom la pénitence et la rémission des péchés à travers toutes les nations, à commencer par Jérusalem⁴ », comme pour rendre en d'autres termes le texte du psaume que nous venons de citer. En effet ce qui y est exprimé par : « il a appelé la terre du levant au couchant », cela le Seigneur le rend par « à travers toutes les nations ». Et ce qui y est exprimé par : « c'est de Sion que viendra l'éclat de sa splendeur », cela le Seigneur le rend par « à commencer par Jérusalem ». Qui en effet peut ignorer que Sion et Jérusalem sont une même cité, à partir de laquelle ont commencé d'être proclamées par une prédiction très éclatante sur la surface de la terre la passion et la résurrection du Seigneur Jésus-Christ, afin que fussent purifiés

125 saluandis inlustrissimo praeconio praedicari? Proinde et
 ascensus in caelum, praeuidens unde fuissent carnales
 homines pro suis diuisionibus et separationibus litigaturi,
 cum quaesissent ab eo discipuli audire aliquid de fine
 saeculi : *Non est*, inquit, *uestrum scire tempora quae pater*
 130 *posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutem spiritus sancti*
et eritis mihi testes in Hierusalem et in totam Iudaeam et
*Samariam et usque in totam terram*¹. Hanc auctoritatem
 magisterii caelestis secuti apostoli ecclesiam commendant
 in toto mundo fructificantem atque crescentem et, ne se
 in partes membra Christi per hominum nomina diuidant,
 135 ita carnales qui iam hoc facere coeperant apostolus adlo-
 quitur : *Obsecro uos, fratres, per nomen domini nostri Iesu*
Christi, ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis
scismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem
sententia. Nuntiatum est enim mihi, fratres mei, ab his qui
 140 *sunt Chloes, quia contentiones sunt in uobis, et unusquisque*
uestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo,
ego uero Cephae, ego autem Christi. Diuisus est Christus?
Numquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine
Pauli baptizati estis? Vnde et istos, quorum contra
 145 errorem et pro quorum salute in nomine Christi elegimus
 qui eorum criminationibus falsis uanisque respondeant, in
 PL,43, sacramentis Christi fratres nostros agnoscimus, nec eorum
 824 detestamur peruersitatem, sed ipsa Christi sacramenta in
 eis adprobamus et rescindere non audemus. Meminimus
 150 enim per prophetam esse praeceptum : *Audite qui pauelisi*
uerbum domini. Dicite: fratres nostri estis his qui uos

Cf. Avg., *Breu. cont.*, I, x.

125 praeuidens scripsi cum cod. : prouidens Bal. 150 pro-
 phetam edd. : profetam P

1. Act. 1, 7-8.

et sauvés les peuples? Aussi, sur le point de monter au
 ciel, prévoyant d'où les hommes de chair auraient litiges
 entre eux pour alimenter leurs divisions et leurs schismes,
 comme ses disciples avaient réclamé de lui de l'entendre par-
 ler sur la fin du monde : « Il ne vous appartient pas, dit-il,
 de connaître les temps que le Père a mis en son propre
 pouvoir, mais vous recevrez la force de l'Esprit-Saint et
 vous serez mes témoins à Jérusalem, et dans toute la Judée
 et la Samarie, et jusque sur la terre entière¹. » C'est fidèles
 à l'autorité de ce céleste magistère que les Apôtres prêchent
 l'Église fructifiant et croissant dans le monde entier, et
 pour éviter que ne se divisent et ne se partagent les membres
 du Christ suivant les dénominations des hommes, c'est en
 ces termes que l'Apôtre s'adresse aux hommes charnels,
 qui avaient déjà commencé d'agir ainsi : « Je vous prie,
 frères, par le nom de notre Seigneur Jésus-Christ, d'avoir
 tous un même langage, et qu'il n'y ait pas parmi vous de
 schismes ; soyez parfaits dans les mêmes sentiments et les
 mêmes idées. Car il m'a été rapporté, mes frères, par les
 gens de Chloé, qu'il y a des disputes parmi vous, et que
 chacun de vous dit : moi je suis à Paul, moi à Apollos,
 moi à Céphas, moi au Christ. Le Christ a-t-il été divisé?
 Est-ce que Paul a été crucifié pour vous, ou avez-vous été
 baptisés au nom de Paul?² » Voilà pourquoi nous recon-
 naissons pour nos frères dans les mystères du Christ ceux
 contre l'erreur et pour le salut desquels nous avons choisi
 parmi nous des délégués pour répondre à leurs fausses et
 vaines accusations, et nous ne repoussons pas leur perversité,
 mais nous reconnaissons en eux les mystères mêmes
 du Christ, et nous n'osons pas les tenir pour nuls et non
 auenus. Nous nous souvenons en effet du précepte du
 prophète : « Écoutez, vous qui redoutez la parole du
 Seigneur. Dites : vous êtes nos frères, à ceux qui vous

2. I Cor. 1, 10-13.

oderunt et qui uos detestantur, ut nomen domini honorificetur et appareat illis in iocunditate¹. Iam quod sequitur, ipsi sibi salubriter dicant, uel a propheta potius quam a nobis
 155 hoc audiant. Nos leniora dicimus, ut pacem potius cum correctis quam litem cum peruersis habeamus. Fratres nostros esse dicimus, ut nomen domini honorificetur, qui ideo nos oderunt et detestantur et esse fratres nostros negant, quia nomen hominum ab eis magis quam domini
 160 honorificatur.

Ac per hoc fratres et coepiscopi nostri quos ad eorum criminationes redarguendas eligimus, in hac collatione quae cum eis habenda est, ecclesiam sanctam aduersus eorum obiecta defendant. Dicunt enim quod haec ecclesia,
 165 quam in lege et prophetis et psalmis accepimus praenuntiatam, opera saluatoris expressam et sanguine redemptam, apostolorum laboribus disseminatam atque plantatam incipientibus ab Hierusalem, ubi in centum uiginti animas simul congregatas sanctus spiritus uenit, eosque in quos
 170 uenit linguis omnibus gentium loqui faciens, euidentissimo signo docuit ecclesiam per omnes gentes futuram, et linguis omnium gentium loquuturam; hanc ergo ecclesiam quae isto modo, ut praedictum et impletum est, ab Hierusalem sumpsit exordium, atque inde se in Iudaeam et
 175 Samariam aliasque orbis terrae partes apostolorum praedicatione diffudit, in quorum litteris atque actibus ciuitates et prouincias inuenimus longe lateque distentas, in quas eam speciosis suis pedibus³ inuexerunt, unde et

Cf. Avg., *Breu. cont.*, I, x.

155 leniora *P Pith.* : leniora *Bal. Dup.* 157-158 qui ideo
 scripsi : quia ideo *P* quia ipsi *Bal. Dup.*

1. *Is.* 66, 5.

haïssent et qui vous repoussent, afin que le nom du Seigneur soit honoré et leur apparaisse dans son agrément¹. » Quant à ce qui suit², qu'ils se le disent eux-mêmes pour leur salut, et qu'ils l'entendent du prophète plutôt que de nous. Nous tenons un langage plus doux, afin d'avoir la paix avec des hommes amendés, plutôt que des querelles avec des hommes pervertis. Nous les appelons nos frères, afin que le nom du Seigneur soit honoré, eux qui nous haïssent et nous repoussent, et refusent d'être nos frères, parce que le nom des hommes est honoré par eux plus que le nom du Seigneur.

A cette fin, que nos frères et coévêques que nous choisissons pour réfuter leurs accusations, dans cette conférence qui doit être tenue avec eux, défendent la sainte Église contre leurs attaques. Ils disent en effet que cette Église, que nous savons prédite dans la Loi, les Prophètes et les Psaumes, réalisée par l'œuvre du Sauveur et rachetée par son sang, disséminée et plantée par les soins des Apôtres à partir de Jérusalem, où le Saint-Esprit s'est posé sur cent vingt âmes réunies ensemble, et où, faisant parler dans toutes les langues du monde ceux sur lesquels il s'était posé, il a montré par un signe très manifeste que l'Église se développerait à travers toutes les nations et parlerait les langues de toutes les nations; cette Église, donc, qui de cette manière, ainsi qu'il a été prédit et qu'il a été réalisé, a pris son origine à Jérusalem et de là s'est répandue en Judée et en Samarie et dans les autres parties de la terre, grâce à la prédication des Apôtres, dans les lettres et les actes desquels nous trouvons des cités et des provinces très éloignées les unes des autres, chez lesquelles ils sont allés la porter de leurs « beaux pieds³ », d'où elle est passée en Afrique pour y croître, cette Église, telle que nous l'avons décrite, ceux contre

2. Cf. *Is.* 66, 5, *in fine* (Vulg.) : « Ipsi autem confundentur ».

3. Cf. *Rom.* 10, 15.

in Africam cresceret ; hanc, ut diximus, ecclesiam dicunt
 180 isti, contra quorum errorem collegis nostris collationem
 defensionemque mandamus, Caeciliani episcopi quondam
 Carthaginensis ecclesiae et sociorum eius nescio quibus
 peccatis perisse pollutam, atque in parte Donati eius
 reliquias remansisse. Hanc uanam et sacrilegam crimina-
 185 tionem hii quibus mandamus ita redarguant et refellant,
 ut primitus ecclesiae causam a causa quorundam hominum
 distinguant atque discernant ; quoniam ecclesia permixtos
 malos habitura praedicta est quousque messis tempore a
 tritico zizania segregentur, uel a frumentis palea uentilata
 190 discedat, uel oues ad dexteram, haedi ad sinistram, qui
 nunc eisdem pascuis permixti sunt, segregentur, uel mali
 pisces a bonis, qui nunc intra eadem retia simul trahuntur
 ad litus, in eodem litore, hoc est in fine saeculi, dirimantur.
 Homines autem quilibet in ecclesia, si boni sunt, triticum
 195 uel frumenta eius sunt, oues eius sunt, pisces boni eius
 sunt ; si autem mali sunt, zizania, palea, haedi, pisces
 mali eius sunt. Non ergo propter eos tota messis, tota
 area, grex totus, piscatio tota damnanda est, ne, cum ante
 tempus audemus quasi de malis temere iudicare et aliis
 200 aliorum obiectare peccata, bonos propter malos sacrilega
 separatione deseramus, cum potius malos propter bonos
 pia unitate tolerare debeamus. Vrguendi ergo sunt isti
 harum euangelicarum similitudinum et tam perspicuae
 ueritatis inimici, ut doceant quid intendunt, ac prius
 205 ostendant, si uauerint, quomodo ecclesia quam incipien-
 tem ab Hierusalem in scripturis sanctis, per propinqua et
 longinqua fructificantem atque crescentem accepimus et

Cf. AvG., *Breu. cont.*, I, x.

185 hii scripsi cum cod. : li edd. 190 haedi edd. : hedi P
 196 haedi edd. : hedi P 198 damnanda scripsi : damnata P edd.

l'erreur desquels nous confions à nos collègues le soin de
 la conférence et de notre défense, ceux-là affirment qu'elle
 a péri souillée par je ne sais quels péchés de Caecilianus,
 autrefois évêque de Carthage, et de ses partisans, et que
 les restes ne s'en trouvent plus que dans le parti de Donat.
 Cette vaine et sacrilège accusation, que ceux auxquels
 nous donnons mandat la réfutent et la repoussent en
 distinguant et en séparant tout d'abord la cause de l'Église
 de la cause de quelques hommes : puisqu'il a été prédit
 que l'Église comprendrait des mauvais mêlés aux bons,
 jusqu'à ce que l'ivraie soit séparée du bon grain au temps
 de la moisson, ou que la paille vannée se sépare du froment,
 ou que les brebis soient placées à droite, les boucs à gauche,
 alors qu'ils sont maintenant mêlés dans les mêmes pâtu-
 rages, ou que les mauvais poissons, qui sont maintenant
 tirés jusqu'au rivage dans les mêmes filets que les bons,
 soient triés sur ce même rivage, c'est-à-dire à la fin du
 monde. Or les hommes quels qu'ils soient qui sont dans
 l'Église, s'ils sont bons en sont le bon grain ou le froment,
 ils en sont les brebis, ils en sont les bons poissons ; et s'ils
 sont mauvais, ils en sont l'ivraie, la paille, les boucs, les
 mauvais poissons. On ne doit donc pas à cause d'eux
 condamner toute la moisson, toute l'aire, tout le troupeau,
 toute la pêche, de peur, si nous avons l'audace de juger à
 la légère, avant le temps, de prétendus méchants, et de
 nous objecter réciproquement nos péchés, d'abandonner
 les bons à cause des méchants par un schisme sacrilège,
 alors que nous devons plutôt tolérer les méchants à cause
 des bons dans une pieuse volonté d'unité. Il nous faut donc
 presser ces ennemis des paraboles évangéliques, et d'une
 vérité si flagrante, de nous exposer leurs intentions, et
 tout d'abord de nous montrer, s'ils le peuvent, comment
 cette Église que nous savons et que nous croyons selon
 les Saintes Écritures avoir commencé à partir de Jérusalem
 pour fructifier et croître de proche en proche et jusqu'au

tenemus, quorumlibet quos accusant contagione perierit et in Donati parte remanserit.

- 210 Si enim hoc fieri potuisse monstrauerint, tunc utique ad causam ecclesiae pertinebit aliam fortasse suscipere atque discutere quaestionem, utrum Caecilianus eiusque collegae
 PL,43, uel tales fuerint quales ab istis fuisse dicuntur <uel> sic
 825 innotescere potuerint christianae quae iam tunc erat
 215 unitati usquequaque diffusae, ut eam usque ad ultimas terras ipsius notionis contagione macularent et perderent. Fatentur quippe etiam ipsi neminem peccatis alienis maculari posse quae ignorat. Vnde si demonstrare uoluerint tam latam per tantas terras communionem gentium
 220 christianarum peccatis Caeciliani et sociorum eius contaminari ac perire potuisse, non sufficit ut ostendant tales eos fuisse quales accusando criminantur, nisi etiam ostendant uera crimina eorum omnibus innotuisse quos ipsa contagione perisse contendunt.
- 225 Si autem non potuerint demonstrare catholicam ecclesiam per omnes gentes in quibus eam eloquia diuina commendant ullis alienis peccatis destrui potuisse, seques-
 trata paululum causa Caeciliani et eorum quos cum illo accusandos esse putauerint — quae ad ecclesiae causam
 230 omnino non pertinet, quoniam etsi mala fuisset, eam contaminare non posset —, quod nos dicimus ad eorum crimina refellenda ab eis quibus officium defensionis huius inponimus euentissimis exemplis cumulatus ostendatur, id est, ecclesiam Christi nullorum malorum usque in finem
 235 sibimet permixtorum, non solum ignotorum, uerum etiam cognitorum, quasi corruptione pestifera posse inquinari atque deleri; primum exemplis propheticis, qui populum

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

213 uel *add. Bal.* 218 uoluerint *Bal.* : potuerint *P* 231
 posset *Bal.* : posse *P* || quod nos *Bal.* : nos quod *P* || eorum *Bal.* :
 earum *P*

loin, a péri par la contagion de ceux qu'ils accusent, quels qu'ils soient, et n'est demeurée que dans le parti de Donat.

Si en effet ils montrent qu'il a pu en être ainsi, il sera alors de toute manière convenable à la cause de l'Église d'aborder et d'examiner une autre question, celle de savoir si Caecilianus et ses collègues ou bien furent tels qu'ils les disent avoir été, ou bien s'ils ont pu se faire connaître de l'unité chrétienne, dès alors partout répandue, au point de la souiller et de la ruiner par la contagion de cette connaissance jusqu'aux extrémités de la terre. Car ils reconnaissent eux-mêmes que personne ne peut être souillé par les péchés d'autrui, s'il les ignore. Il s'ensuit que s'ils veulent démontrer que la communion chrétienne répandue sur de si vastes contrées a pu être contaminée et périr par les péchés de Caecilianus et de ses compagnons, il ne leur suffit pas de montrer qu'ils ont été tels qu'ils le prétendent dans leurs accusations, s'ils ne montrent en même temps que leurs fautes bien réelles sont parvenues à la connaissance de tous ceux qui, à les en croire, ont péri du fait de cette contagion.

Mais s'ils ne peuvent démontrer que l'Église catholique a pu être détruite par les péchés d'autrui à travers toutes les nations au sein desquelles les paroles de Dieu la manifestent, alors, laissant un peu de côté la cause de Caecilianus et de ceux qu'ils ont pensé devoir mettre en accusation — cause sans aucun rapport avec celle de l'Église, puisque même si elle était mauvaise, elle ne pouvait la contaminer —, que ceux auxquels nous imposons la charge de notre défense démontrent de façon plus complète, par des exemples très manifestes, ce que nous disons pour repousser leurs accusations. Qu'ils démontrent que l'Église du Christ ne peut être souillée ni détruite, comme par une corruption empestée, par le mélange, jusqu'à la fin du monde, des méchants inconnus ou même connus, et d'abord en s'appuyant sur des exemples tirés des Prophètes :

peccatorem et Deum multis execrabilibus abominationibus
 240 offendentem tam seueris uocibus arguebant, et flagellis
 correptionis duos atque indomitos animos usque ad
 inimicitias aduersum se horribiles excitabant, nec tamen
 se ab eo populo in quo utique etiam boni inter malos
 erant corporali discrimine diuidebant, melius iudicantes per
 245 patientiam ferre malos quam per calumniam relinquere
 bonos.

Ipse dominus Iesu Christus, exemplum singulare patientiae,
 traditorem suum utique pessimum, non solum
 cognitum in discipulorum numero pertulit, uerum etiam
 praecognitum in discipulorum numerum adsumpsit. Dixit
 250 etiam discipulis suis : *Et uos mundi estis, sed non omnes*¹,
 ut eo modo scirent munditiam suam aliena immunditia non
 posse sordescere. Apostolorum temporibus testis est
 apostolus Paulus, inter falsos fratres gemens et quosdam
 per inuidiam, quod utique diabolicum uitium est, Christum
 255 adnuntiantes in epistula sua notans², quemadmodum boni
 malos propter unitatem Christi pietate sollicita conseruandam
 sine ulla sua perditione in sacramentorum communione
 tolerabant, a quorum malitia longe abhorrebant. Post
 apostolos etiam episcopi boni quemadmodum
 260 propter unitatem Christi non solum quoslibet laicos uerum
 etiam coepiscopos tolerauerint malos, testes sunt litterae
 martyris Cypriani, ubi gemit auaritiam quorumdam
 collegarum usque ad crudelitatem foenoris rapinasque
 fundorum³; nec tamen malorum contagione factus est

Cf. AVG., *Breu. conl.*, I, x.

1. *Jn* 13, 10.

2. Cf. *Phil.* 1, 15.

3. Cf. CYPRIEN, *De lapsis*, 6.

ceux-ci accusaient en termes très sévères le peuple pécheur
 d'offenser Dieu par maintes abominations exécrables, et
 par le fouet de la correction ils excitaient ces esprits durs
 et indomptables jusqu'à leur faire concevoir contre eux
 des animosités effrayantes, et cependant ils ne se séparaient
 pas, par une ségrégation physique, de ce peuple où se
 trouvaient peut-être aussi des bons mêlés aux mauvais,
 jugeant préférable de supporter les mauvais en s'armant
 de patience, plutôt que d'abandonner les bons en recourant
 à la calomnie.

Quant à notre Seigneur Jésus-Christ, quel singulier
 exemple de patience il nous donna, en souffrant son
 « traître », un homme certes des plus mauvais, et connu
 de lui pour tel, au nombre de ses disciples, mais, plus
 encore, en le choisissant pour être de ses disciples, alors que
 d'avance il le connaissait pour tel. Il dit même à ses disci-
 ples : « Vous aussi vous êtes purs, mais vous ne l'êtes pas
 tous¹ », afin de leur faire savoir par là que leur pureté ne
 pouvait être salie par l'impureté d'autrui. Aux temps aposto-
 liques, l'apôtre Paul, gémissant au milieu des faux frères et
 blâmant dans une de ses lettres² ceux qui annonçaient le
 Christ avec jalousie, ce qui est certes un vice diabolique, nous
 est témoin de la manière dont les bons toléraient les mau-
 vais dans la communion des mystères, sans pour autant se
 perdre eux-mêmes, dans l'intérêt de l'unité du Christ qu'ils
 souhaitaient conserver avec une pieuse sollicitude ; et
 pourtant ils étaient très éloignés de leur méchanceté.
 Après les Apôtres, comment de bons évêques également
 ont toléré dans l'intérêt de l'unité du Christ non
 seulement de mauvais laïcs, quels qu'ils fussent, mais
 aussi de mauvais coévêques, nous en est témoin une
 lettre du martyr Cyprien, où il gémit sur la rapacité de
 certains de ses collègues, qui allait jusqu'à la cruauté de
 l'usure et au vol des propriétés³ ; et pourtant la contagion
 de ces mauvais ne l'a pas rendu semblable à eux, mais

265 talis, sed honorum dilectione pertulit tales, non tantum id
 exemplo admonens, uerum etiam praecepto instruens.
 Nam in quadam epistula sua dicit : *Etsi uidentur in*
ecclesia esse zizania, non tamen impediti debet aut fides, aut
 270 *caritas nostra, ut quoniam esse zizania in ecclesia cernimus,*
*ipsi de ecclesia recedamus*¹.

Ipsorum etiam qui huic ueritati aduersantur iudicio
 probandum est quam sit hoc uerum, qui cum Maximianum
 damnassent merito sacrilegi scismatis, sociis eius qui cum
 illo ab istis foras exierant seque ab eorum communione
 275 separauerant, dilationem ad redeundum dederunt, dicentes
 eos illius sacrilegi surculi plantariis non esse pollutos ;
 quod quidem, cum omnes unius scismatis societas conexos
 teneret, quemadmodum recte dici potuerit non inuenimus.
 Sed tamen uel sero hinc intellegere cogantur multo potius
 280 in unitate catholica malos bonis tamquam palea frumentis
 obesse non posse, si in concisione scismatica, ubi palea
 sola est, putatus est Maximianus eiusdem concisionis suae
 285 socios, tantum quia ordinationi eius praesentes non
 fuerunt, non potuisse maculare ; et uideant quam incon-
 siderate dicant Caecilianum, qualiscumque ille fuerit, et
 eius quoscumque collegas in tot longinquis gentibus
 unitatem christianam perdere potuisse, cum Maximianum
 arbitrentur nec Afros participes sui scismatis perdidisse.
 Sic apparebit ad ecclesiae causam, cuius iniungimus
 290 defensionem, non pertinere Caeciliani causam, qualemlibet
 habeat quaestionem.

Quod autem accusant baptismum nostrum uel potius

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

276 sacrilegi *Bal.* : sacrilegii *P*

1. CYPRIEN, *Ep.* 54, 3, 1 (déjà citée dans Avg., *Contra Cresc.*, II, xxxvi, 45 et xxxviii, 48 ; cf. aussi *De baptismo*, IV, ix, 12).

l'amour des bons les lui a fait supporter tels qu'ils étaient, non seulement prêchant par l'exemple, mais encore instruisant par le précepte. Car il dit dans une de ses lettres : « Même s'il nous paraît qu'il y a de la zizanie dans l'Église, notre foi ou notre charité ne doit toutefois pas en être empêchée, au point de nous faire quitter l'Église parce que nous y voyons de la zizanie¹. »

Combien cette attitude est vraie, il convient encore que cela soit vérifié par le témoignage de ceux-là mêmes qui se font les adversaires de cette vérité, lesquels, après avoir condamné Maximianus pour son schisme sacrilège, accordèrent un délai, en vue de leur réintégration, à ceux de ses partisans qui avaient quitté leur Église en même temps que lui et s'étaient séparés de leur communion, disant qu'ils n'avaient point été souillés par les rejetons de cette souche sacrilège ; or nous ne voyons pas quelle put être la raison d'une telle affirmation, alors qu'un même schisme les tenait tous attachés dans ses liens. Mais puissent-ils par là être forcés de comprendre, même sur le tard, que bien plus encore dans le cas de l'unité catholique les mauvais ne peuvent nuire aux bons, de même que la paille au froment, si dans le cas d'une division schismatique, où il n'y a plus que de la paille, Maximianus a été réputé n'avoir pu souiller les partisans de sa propre séparation, pour la seule raison qu'ils n'avaient pas assisté à son ordination ; et qu'ils voient donc de quelle manière inconsidérée ils affirment que Caecilianus, quel qu'il ait pu être, et ses collègues, quels qu'ils fussent, ont pu ruiner l'unité chrétienne chez des nations si lointaines, quand ils pensent que Maximianus n'a pas même perdu les Africains qui ont participé à son schisme. C'est ainsi qu'il apparaîtra que la cause de l'Église, que nous donnons mission de défendre, n'a aucun rapport avec la cause de Caecilianus, quelque question que pose cette dernière.

Quant à leurs accusations visant notre baptême, ou

baptismum Christi, quem habemus et ministramus,
 eumque in eis quos deceperint ingemiscendo errore rescin-
 295 dunt, sic ferendum est quemadmodum ipsa ecclesia cuius
 donum est. Non enim audebunt amplius baptismum
 accusare quem damus, si ab eorum criminibus ecclesia
 purgabitur quam tenemus. Sed si illud, ut adsolent,
 300 obiciendum putauerint quod baptismum Christi etiam
 foris a nostra communione traditum agnoscimus potius
 quam improbamus nec rescindere audeamus, respondeatur
 eis, quantiscumque rationibus et testimoniis responderi
 potuerit, diuina ecclesiae dona et apud fures uel usurpatores
 305 uel etiam raptores inuenta agnoscenda esse potius quam
 neganda. Nam sicut apostolus de quibusdam dicit *quia*
*ueritatem in iniquitate detinent*², ita omnes qui extra
 ecclesiam Christi habent uel ministrant baptismum Christi
 ueritatem sacramenti diuini in iniquitate detinent erroris
 310 humani. Vnde humana iniquitate correctam, non est ueritas
 diuina uiolanda. Qui autem putant negandum esse bap-
 tismum Christi quia eum et haeretici tradunt, possunt putare
 negandum esse etiam ipsum Christum quia eum et dae-
 mones confitentur. Et ideo ad ecclesiam uenire debent qui
 315 extra eius communionem baptismum eius habent non ut
 quod deerat adsit, sed ut quod inerat prosit.

Neque putandum est illos hinc iam diuturnum habituros
 esse conflictum, quandoquidem etiam de hac re suo

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

316 iam *scripsi cum cod.* : clam *edd.*

1. La formule apparaît dans ce contexte comme une précaution prise pour ne pas heurter la susceptibilité des donatistes (cf. *Gesta*, III, 226 (Augustin) : « solent ipsi ecclesiae catholicae obicere, uel, ut sine controuersia loquar, ipsi ecclesiae quam tenemus »).

plutôt le baptême du Christ, que nous conservons et administrons, et qu'ils annulent chez ceux qu'ils ont attirés dans leur lamentable erreur, il faut les prendre comme les prend l'Église elle-même dont le baptême est un don. En effet, ils n'oseront pas mettre plus longtemps en accusation le baptême que nous donnons, si l'Église à laquelle nous nous en tenons¹ est disculpée de leurs accusations. Mais s'ils croient bon, selon leur habitude, de nous objecter que nous reconnaissons, au lieu de le réprouver, le baptême du Christ même administré hors de notre communion, et que nous n'osons pas l'annuler, qu'il leur soit dit en réponse, avec tous les arguments et tous les textes qui pourront leur être rétorqués, qu'on doit reconnaître plutôt que renier les dons divins de l'Église, même si on les trouve chez des voleurs, des usurpateurs ou des ravisseurs. En effet, comme l'Apôtre dit, en parlant de quelques-uns, « qu'ils retiennent la vérité dans l'iniquité² », ainsi tous ceux qui ont ou administrent le baptême du Christ en dehors de l'Église du Christ retiennent la vérité du mystère divin dans l'iniquité de l'erreur humaine. Aussi, une fois corrigée l'iniquité humaine, on ne doit pas violer la vérité divine. Ceux qui pensent qu'il faut renier le baptême du Christ parce que les hérétiques aussi l'administrent, ceux-là peuvent aussi bien penser qu'il faut renier le Christ lui-même, parce que les démons aussi le confessent. Et si doivent revenir à l'Église ceux qui ont son baptême en dehors de sa communion, ce n'est pas pour que leur revienne ce qui leur manquait, mais pour que leur profite ce qu'ils détenaient³.

Et il n'y a pas lieu de penser qu'ils entretiendront encore une longue querelle sur ce sujet, puisqu'ils pourront s'en trouver, là aussi, avertis par leur propre jugement et leur

2. *Rom.* 1, 18.

3. Cf. Avg., *De baptismo*, IV, iv, 5, *in fine* : « utriusque autem correcto prodesse incipit quod ante non proderat, sed tamen inerat ».

iudicio et exemplo potuerunt admoneri. Baptismum quippe
 Christi extra suam communionem in Maximiani scismate
 320 datum in eis quos inde cum illis quos damnauerant susce-
 perunt agnoscere quam rescindere maluerunt. Proinde et
 illud quod non recte intelligentes solent dicere : *Ne commu-
 nices peccatis alienis*¹ — neque enim hoc corporum
 segregacione sed morum dissimilitudine faciendum est —,
 325 in eis coguntur attendere quemadmodum intelligendum sit
 quos cum Maximiano damnato sacramenta communicantes
 inpollutos fuisse dixerunt ; et quod de baptismo solent
 accipere quod dictum est : *qui baptizatur a mortuo*², et
 cetera huiusmodi, in eis ipsis nosse coguntur quomodo
 330 accipienda sint, quando ab illis quos, cum damnarent,
 mortuos esse dixerunt, baptismum in scismate datum
 improbare atque iterare non ausi sunt ; et quod nobis
 obicere consueuerunt, quod ad eos corrigendos pro unitate
 Christi apud terrenas potestates aliquid agere cogimur, in
 335 ipsis identidem Maximianistis compellendi sunt adprobare,
 quos cum apud iudices terrenos tamquam scismaticos suos
 uel haereticos accusarent, ut de basilicis pellerent, etiam
 Bagaiense concilium, quo eos damnauerunt, aliquotiens
 allegarunt. Quae omnia ideo dicenda sunt ut et suo iudicio
 340 commoneantur dissensionem tandem deponere et, con-

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

1. *I Tim.* 5, 22.

2. *Sir.* 34, 30 ; sur ce texte, souvent cité par les donatistes, mais de manière incomplète et de façon à en dévier le sens, cf. la mise au point d'Y. M.-J. CONGAR, dans *Trailés anti-donatistes*, vol. I, *Biblioth. Aug.*, t. 28, p. 734-735.

3. Après le concile réuni à *Bagai*, en Numidie (Ksar Baghai), le 24 avril 394, les partisans de Primianus, excipant de la condamnation portée par leur assemblée contre les maximianistes, s'adressèrent aux magistrats pour contraindre leurs propres schis-

propre expérience. En effet, dans le cas des hommes qu'ils reçurent en même temps que ceux qu'ils avaient condamnés, ils ont préféré reconnaître plutôt qu'annuler le baptême du Christ administré dans le schisme de Maximianus en dehors de leur communion. Il s'ensuit que ce mot qu'ils ont coutume de répéter sans bien l'entendre : « Ne participez pas aux péchés d'autrui¹ », auquel il faut obéir non en se séparant de corps mais en se distinguant par les mœurs, ils sont contraints à veiller à la manière dont il faut l'entendre dans le cas de ceux qui, en communion de sacrements avec Maximianus qu'ils avaient condamné, n'en ont contracté, disent-ils, aucune souillure. Et quant à ce texte qu'ils ont coutume de retenir quand il s'agit du baptême : « Celui qui est baptisé par un mort² », et autres textes du même genre, ils sont contraints à bien voir dans quel esprit il faut les entendre dans le cas de ces mêmes hommes, quand ils n'ont osé ni réprover, ni réitérer le baptême administré dans le schisme par ceux-là mêmes qu'ils ont proclamés morts du moment qu'ils les condamnaient. Et quant à cette objection qu'ils ont coutume de nous faire, que pour les corriger dans l'intérêt de l'unité du Christ nous sommes forcés d'entreprendre une action auprès des pouvoirs temporels, il faut les obliger à la reconnaître valable aussi pour eux-mêmes dans le cas de ces mêmes maximianistes contre lesquels, quand ils les accusaient devant les juges temporels comme schismatiques ou hérétiques par rapport à eux-mêmes, ils ont souvent allégué, pour les chasser de leurs églises, le concile de *Bagai*³, dans lequel ils les avaient condamnés. Tout cela doit être dit à seule fin de les amener, par leur propre jugement, à faire cesser enfin leur schisme, et aussi, menant à son terme ou jetant bas eux-mêmes cet esprit

matiques à restituer les basiliques (cf. P. MONCEAUX, *Hist. Litt.*, t. IV, p. 61-62).

sumpta uel abiecta falsarum et uanarum animositate criminationum, diligere catholicam pacem, amplecti indiuiduam caritatem, sine qua nullus hominum bonus esse poterit, quidquid boni aliud habere potuerit.

345 Quibus peractis, nec ipsam Caeciliani causam uolumus deserant, sed eam non tamquam ecclesiae matris, sed tamquam episcopi fratris suscipiant; nec sic ut iterum discutiatur finienda, sed ut demonstretur iam olim esse finita ecclesiasticis et publicis documentis quorum non-
 350 nulla sufficient, si eis cum a nobis proferuntur fidem habere
 PL,43, uoluerint; <et si noluerint, ea> poterunt archiuis etiam
 827 contestantibus declarari, quibus appareat et causam Caeciliani eos per Anulinum proconsulem ad imperatorem Constantinum accusando misisse, et eundem imperatorem
 355 post ecclesiastica iudicia quibus Caecilianus fuerat absolutus causam totam partibus praesentibus cognouisse atque innocentem Caecilianum, illos autem calumniosissimos iudicasse; Felicis quoque Aptugnensis ordinatoris Caeciliani innocentiam Aeliano proconsule ex praecepto eiusdem
 360 imperatoris cognoscente claruisse, quem malorum fontem in concilio suo ipsi dixerunt. Quaecumque autem crimina quibuslibet collegis nostris, non iam more conferentium uel disputantium, sed maledicentium et litigantium obicienda putauerint, respondendum est eis nec eorum causas ad
 365 ecclesiae causam, quam nunc defendendam iniungimus, pertinere, nec ipsas tamen eis discutiendas auferri, sed

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x.

347 nec sic ut *scripsi cum cod.*: ne sicut *edd.* 351 et si noluerint ea *add. Pith.* 353 Anulinum *P¹ Bal.*: Anolinum *P²* 358 Aptugnensis *scripsi cum cod.*: Aptungensis *edd.* 359 Aeliano *Bal.*: Heliano *P*

1. Entre autres Augustin lui-même, qui devançait ici l'accusation

d'animosité qui s'exprime dans des accusations fausses et vaines, à aimer la paix catholique, à embrasser l'indivisible charité sans laquelle nul homme ne pourra être bon, quoi qu'il ait de bon par ailleurs.

Cela fait, nous ne voulons pas que nos avocats abandonnent la cause de Caecilianus, mais qu'ils la soutiennent non comme la cause de l'Église notre mère, mais comme la cause d'un évêque, notre frère; et non qu'on en discute comme d'une cause à terminer, mais pour qu'on démontre qu'elle est terminée depuis longtemps, et ce à l'aide de documents ecclésiastiques et officiels, dont quelques-uns pourront suffire, si nos adversaires veulent bien y ajouter foi, bien qu'ils soient produits par nous; et s'ils ne le veulent pas, cela pourra être établi par le témoignage même des archives, qui feront apparaître que ce sont eux qui ont déferé la cause de Caecilianus à l'empereur Constantin par l'intermédiaire du proconsul Anulinus, pour le mettre en accusation, et que ce même empereur, après les jugements ecclésiastiques qui avaient absous Caecilianus, a instruit l'ensemble de la cause en présence des parties, et qu'il a rendu jugement sur l'innocence de Caecilianus et sur les calomnies de ses adversaires. Quant à Felix d'Abthugni, consécrateur de Caecilianus, qu'ils avaient appelé source de tous les maux dans leur concile, son innocence a éclaté après l'instruction présidée par le proconsul Aelianus, sur l'ordre du même empereur. En ce qui concerne par ailleurs les accusations qu'ils ont cru bon de lancer contre certains de nos collègues¹, quels qu'ils fussent, non pas à la manière de gens qui confèrent ou s'entretiennent, mais dans un esprit de médisance et de chicane, il convient de leur répondre que les causes de ces évêques n'ont pas de rapport avec la cause de l'Église que nous donnons à nos avocats mission de défendre à

personnelle qui devait lui être lancée au cours de la Conférence (*Gesta*, III, 243-247; cf. *Introd.*, t. I, p. 282).

pro temporis quod nunc instat necessitate differri ; ut, cum ecclesiae causam quam nunc clementissimus imperator cognoscendam et demonstrandam recenti praeceptione curauit fuerit terminata, quaecumque quibuscumque nostris obicienda arbitrantur, apud quos uoluerint iudices et nostros et suos, cum iam catholicae unitati fuerint sociati, uel purgata monstrentur uel conuicta puniantur.

375 Haec, eo modo quo conscripta sunt, et siquid uberius et firmitus eis dominus dederit, exsequenda mandamus fratribus et coepiscopis nostris Aurelio, Alypio, Augustino, Vincentio, Fortunato, Fortunatiano et Possidio. Quod mandatum se suscepisse testantur subscriptionibus suis, sicut nos mandasse testamur subscriptionibus nostris, 380 ratum habituri quicquid adiuuante domino in hac defensione peregerint. His autem adiungimus cum quibus, ubi opus fuerit, consilium habeant, Nouatum, Florentium, Maurentium, Priscum, Serenianum, Bonifatium et Scyllacium ; ad custodiendam uero conscriptionem gestorum, 385 Deulerium, Leonem, Asterium et Restitutum. »

Quo recitato,

PL,11, 56 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, 1273 dixit :

« Quoniam ex recitatione mandati, quod gestis praesentibus adhaerebit, claruit diuina magis testimonia quam 5 forensia uincula esse prolata et edicti pariter mei tenorem fuisse seruatum, in numero scilicet deligendo, et imperialis

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, x-xi.

378 testantur *edd.* : testentur *P* 383 Scyllacium *scripsi* :
Scillacium *P* 56, 4 adhaerebit *edd.* : adherebit *P*

1. La formule *uincula iuris* (ou *legis*) revient très souvent dans les constitutions de l'époque pour signifier les contraintes ou les

présent ; que toutefois nous n'en interdisons pas le débat à nos avocats, mais que ce débat doit être différé en raison des urgences qui nous pressent maintenant ; en sorte qu'une fois terminée la cause de l'Église que le très clément empereur a pris soin de faire instruire et plaider par sa récente ordonnance, tous ceux des nôtres auxquels ils jugent bon d'objecter quelque accusation que ce soit voient leur innocence établie ou reçoivent un châtement, s'ils sont convaincus d'une faute, devant les juges qu'ils voudront, qui seront à la fois les nôtres et les leurs, à partir du moment où ils se seront réunis à l'unité catholique.

Ces instructions, de la manière dont elles sont consignées ci-dessus, et de toute manière plus efficace et plus solide que pourra leur inspirer le Seigneur, nous donnons mandat de les suivre à nos frères et coévêques Aurelius, Alypius, Augustinus, Vincentius, Fortunatus, Fortunatianus et Possidius. Duquel mandat ils attestent avoir pris la charge dans leurs souscriptions, de même que nous attestons dans nos souscriptions avoir donné mandat, avec le propos de ratifier tout ce qu'ils feront, avec l'aide du Seigneur, pour la défense de notre cause. Nous leur adjoignons, pour tenir conseil avec eux, en cas de besoin, Novatus, Florentius, Maurentius, Priscus, Serenianus, Bonifatius et Scyllacius ; et, pour contrôler l'enregistrement des actes, Deuterius, Leo, Asterius et Restitutus. »

Après cette lecture,

56 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Puisque, à la lecture du mandat, qui sera joint aux présents procès-verbaux, il est apparu que les témoignages de l'Écriture sont mis en avant bien plutôt que les astreintes juridiques¹, et que semblablement a été respecté le texte de mon édit — concernant le choix d'un nombre déterminé

obligations du droit ou de la procédure (cf. O. GRADENWITZ, *Heidelberg Index zum Theodosianus, s.v. uinculum*).

constitutionis formam nihilo minus custoditam, ideoque, quoniam iustitiae ordo hoc postulat, etiam subscriptiones omnium recitentur. »

57 Romulus exceptor recitavit :

« Aurelius episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis, Carthagini constitutus, praesente viro clarissimo tribuno et notario Marcellino, hoc mandatum suscepi et subscripsi. »

5 Item, alia manu : « Silvanus primae sedis prouinciae Numidiae, praesente viro clarissimo Marcellino, tribuno et notario, Carthagini constitutus, mandato a nobis facto consensi et subscripsi. » Item, alia manu : « Valentinus episcopus ecclesiae Vaianensis, Carthagini constitutus, praesente viro clarissimo tribuno et notario Marcellino, mandavi et subscripsi. » Et reliquae subscriptiones quorum nomina mandato continentur.

10 **58** Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Has quoque subscriptiones cum mandato gesta suscipient. » Et adiecit : « Numerus etiam subscribentium designetur. » Martialis exceptor dixit : « CCLXVI sunt. »

59 Petilianus episcopus dixit :

« Vbi sunt qui mandauerint ? » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

PL,11,
1274 **60** Aurelius episcopus ecclesiae catholicae dixit :

« Opus est hoc : eligant de suis septem, et eant ubi constituti sunt in ecclesia et uideant illos. » Et, alia manu : « Recognoui. »

Cf. AVG., *Breu. conl.*, I, XI.

57, 8 Valentinus *Bal.* : Valentinus *P* 9 Vaianensis *edd.* : Baianen.

59, 2 mandauerint *scripsi cum cod.* : mandauerunt *edd.*

de délégués — et non moins observée la procédure fixée par la constitution impériale, en conséquence, puisque le bon ordre de la justice l'exige, qu'on donne aussi lecture des souscriptions. »

57 Le greffier Romulus lut :

« Moi, Aurelius, évêque de l'église catholique de Carthage, me trouvant à Carthage, en présence du clarissime tribun et notaire Marcellinus, j'ai pris charge de ce mandat et j'ai souscrit. » De même, d'une autre main : « Moi, Silvanus, évêque titulaire du premier siège de la province de Numidie, en présence du clarissime tribun et notaire Marcellinus, me trouvant à Carthage, j'ai consenti à ce mandat établi par nous et j'ai souscrit. » De même, d'une autre main : « Moi, Valentinus, évêque de l'église de Vaiana, me trouvant à Carthage, en présence du clarissime tribun et notaire Marcellinus, j'ai donné mandat et j'ai souscrit. » Ainsi de suite pour toutes les souscriptions correspondant aux noms qui figurent sur le mandat¹.

58 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Ces souscriptions elles-mêmes seront recueillies dans les procès-verbaux en même temps que le mandat. » Et il ajouta : « Que l'on indique également le nombre des signataires. » Le greffier Martialis dit : « Ils sont 266. »

59 L'évêque Petilianus dit :

« Où sont-ils, ceux qui auraient donné mandat ? » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

60 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Voici ce qu'il faut : qu'ils choisissent sept des leurs, et qu'ils aillent là où ils se sont assemblés, dans l'église, et qu'ils les y voient. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

1. C'est là une remarque du greffier Romulus.

61 Petilianus episcopus dixit :

« Subtilis argumenti res est ut iudicem facerent testem ! Potuerunt etenim etiam quoscumque clericos minoris loci adponere nominibus suis et fingere <illis> illum honorem esse quem apud se summum existimant, cum hinc potissimum dubitetur. Proinde ueniant in iudicium notarii, a nobis singuli cognoscantur. Veremur etenim argumenta saepe diutius requisita, quae in perniciem simplicitatis nostrae cottidie machinantur. Haec igitur prima res est, de qua per notoriam nostram sublimitati tuae intimare curauimus, neque cessauimus ut de numero nostro primo constaret quem esse paruulum semper imperialibus auribus mentiuntur. Quicquid enim contra nos semper elicitur quasi contra paucissimos impetratur. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

62 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Falsi crimen nec obicere condecet sacerdotem, nec committere potuisse credendum est. Illud autem est quod per uestram uenerabilitatem scire desidero, utrum omnes episcopos contra quos uestra perguit intentio, quorum etiam subscriptio recitata est, possitis agnoscere. »

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, xi.

61, 4 illis *addidi* 8 saepe *edd.* : sepe *P*

62, 3-4 nec committere *edd.* : ne committere *P*

2. Le texte ne semble pas sûr et la fin de la phrase est ambiguë. La suite du contexte montre que Pétilien s'en prend au nombre des évêques de la partie adverse, qu'il estime fictif et abusivement

61 L'évêque Petilianus dit :

« L'astucieuse tactique, d'avoir fait du juge leur témoin ! Car ils ont fort bien pu faire figurer également sous leurs noms des clercs d'ordre inférieur et leur attribuer fictivement la dignité qu'ils considèrent comme étant chez eux la plus haute, alors que de notre côté nous doutons qu'elle soit la plus importante¹. Aussi, que des secrétaires ecclésiastiques aient accès au tribunal, et qu'ils se fassent reconnaître de nous un par un. Nous craignons en effet des ruses souvent et trop longtemps tramées, qui sont ourdies quotidiennement pour nous perdre, candides que nous sommes. C'est donc là le premier point sur lequel nous avons pris soin d'attirer l'attention de ta Hauteur, dans notre notification, et nous n'avons eu cesse que ne soit dûment constaté notre nombre, que leur mensonge présente toujours comme insignifiant aux oreilles impériales. Car toujours les mesures qu'on soutire contre nous sont obtenues en considération de notre faible importance numérique. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

62 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Il n'est pas décent qu'un évêque intente à un de ses collègues une accusation en faux, et l'on ne saurait croire non plus qu'un évêque ait pu se rendre coupable de ce crime. Mais ce que je désire apprendre de vos Révérences, c'est si vous êtes en mesure de reconnaître tous les évêques contre lesquels est dirigée votre instance, et dont on a lu aussi les souscriptions. »

grossi ; pourtant les termes dont il se sert (*summum, polissimum*) évoquent plutôt la *qualité* de cette dignité épiscopale, qui serait plus grande et plus prestigieuse chez les donatistes, quoi qu'en disent leurs adversaires.

63 Petilianus episcopus dixit :

« Singuli quique sedium nostrarum aduersarios facile possumus agnoscere. Sane non falsum obiecimus, sed diligentiae maxime est quod uolumus adprobare. »

5 Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

64 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Hoc magis de uestra iudico sanctitate, diligentiae potius esse quam ullius obiecti criminis, quod in prosecutione
5 dicendum esse credidit sanctitas tua. Sed illud quaero, utrum in omnibus locis et ciuitatibus utriusque partis bini esse possint episcopi? Sic enim possunt se alterutrum plene cognoscere. »

65 Petilianus episcopus dixit :

« Sapientissime ac praescie omnia praeuidisti, uir nobilis. Nam in plebe mea, id est in ciuitate Constantinensi, aduersarium habeo Fortunatum. In medio autem diocesis
5 meae nunc institutum habeo, immo ipsi habent, nomine Delphinum. Peruidet iam hinc praestantia tua duos in
PL,11, unius plebe fuisse imaginarie constitutos, ut et numerum
1275 augeant, et tamen plebium numerus non idem sit qui sit illarum scilicet personarum. Et hoc est argumenti maximi,
10 ut uideantur nos hoc genere superare, si duo contra unum sunt constituti, uel tres. Nam etiam in plebe praesentis

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, xi.

63, 4 adprobare *scripsi* : exprobrare *P*¹ et probare *P*² *edd.*

1. *Plebs* est le terme le plus souvent employé dans ce texte pour signifier la communauté des fidèles dirigée par l'évêque ; il a donc une connotation différente de celle de *diocesis*, qui désigne plutôt la circonscription épiscopale, mais peut signifier aussi, surtout au pluriel, la paroisse rurale (cf. *Gesta*, I, 176, *in fine*).

63 L'évêque Petilianus dit :

« Il est aisé à chacun d'entre nous de reconnaître son adversaire dans son diocèse. Non, nous n'intentons pas une accusation en faux, mais c'est notre souci d'exactitude qui nous inspire surtout de vouloir apporter cette preuve. »
Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

64 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Il sied mieux à vos Saintetés, me semble-t-il, que le goût de l'exactitude, plutôt qu'une volonté de mise en accusation, soit à l'origine de ce que ta Sainteté a cru devoir dire dans son intervention. Mais ce que je demande, c'est si l'on peut trouver un évêque de chaque partie dans chaque localité ou chaque cité ; car c'est à cette condition qu'ils peuvent véritablement se reconnaître les uns les autres. »

65 L'évêque Petilianus dit :

« Tu as tout prévu, noble juge, avec beaucoup de sagesse et de prudence ; car dans ma communauté, c'est-à-dire dans la cité de Constantine, j'ai pour adversaire Fortunatus. Mais au milieu même de mon diocèse j'ai un autre évêque installé — je veux dire que ce sont eux qui l'ont — du nom de Delphinus. Ton Excellence peut déjà voir d'après cet exemple que deux évêques ont été fictivement établis dans la communauté¹ d'un seul pour faire nombre, sans pourtant que le nombre des communautés corresponde à celui de leurs « personnes ». Et c'est là leur tactique essentielle : avoir l'air ainsi de nous être supérieurs, en établissant des évêques à raison de deux ou trois contre un². Car, pareillement, dans la communauté de mon très

2. Sur la multiplication des sièges, de part et d'autre, cf. *Introd.*, t. I, p. 123-130.

sanctissimi collegæ ac fratris mei Adeodati, id est in ciuitate Mileuitana, ita commissa res est ut unum ibidem habeat aduersarium, alterum in Tuccensi ciuitate, quæ
 15 ad huius scilicet plebem antiquitas pertinet, et ante biennium esse uidetur constitutus, tertius uero sit in loco qui dicitur Ceramussa. Ergo cum unus sit Mileuitanæ ciuitatis episcopus a partibus nostris, tres uidentur ab his constituti fuisse, ut illorum numerus augetur aut fortassis
 20 excederet numerum ueritatis. Requirendum est igitur quando auctus sit illorum numerus, quam originem habuerit, utrum hoc nouitas fecerit an antiquitas dederit, utrum, ut ita dixerim, contra uetustatem canam uitium hoc fuerit nouitatis. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus
 25 recognoui. »

66 Fortunatianus, episcopus ecclesie catholice, dixit :

« Multiloquio ecclesie causam agi non debere perspicit mecum dignationis tue sensus, optime cognitorum... » Et, cum diceret — et, alia manu : « Recognoui. » —,

67 Petilianus episcopus dixit :

« Plus scripsisti quam dixi. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

68 Fortunatianus, episcopus ecclesie catholice, dixit :

« Verum uir grauissimus Petilianus cum ante paululum ecclesie causam diuinis scripturis firmandam esse professus fuerit atque eam diuinis testimoniis quaeri debere constituerit, nunc eum per diuersa uagari in personis ordinatorum
 5

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, xi.

65, 14 Tuccensi *Bal. Dup.* : Tuccensi *P* || quæ *edd.* : qui *P*

17 Mileuitanæ *edd.* : Mileuitanæ *P*

66, 3 dignationis tue *scripsi cum cod.* : tue dignationis *transp. edd.*

1. Cette apostrophe peut s'adresser au sténographe, dont Pétilien

saint collègue et frère Adeodatus, c'est-à-dire dans la cité de Milev, ils ont tant et si bien fait qu'il a un premier adversaire sur place, un second dans la cité de Tucca, qui appartient de toute antiquité à sa communauté, et qui apparemment y a été établi depuis moins de deux ans ; un troisième enfin au lieu-dit *Ceramussa*. Donc, tandis qu'on ne trouve dans la cité de Milev qu'un évêque de notre partie, on en voit trois établis par eux, pour que leur nombre en fût accru, ou qu'il dépassât éventuellement le nombre réel. Il faut donc rechercher à quelle époque a été accru leur nombre, quelle a été son origine, si c'est là une innovation, ou le résultat d'une tradition ancienne, enfin, si j'ose dire, si c'est là l'œuvre du vice de l'innovation contre la vénérable antiquité. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

66 Fortunatianus, évêque de l'Église catholique, dit :

« La sagesse de ton Honneur, ô le meilleur des juges, reconnaît avec moi que la cause de l'Église ne doit pas être débattue par des discours prolixes. » Et, comme il parlait — et, d'une autre main : « J'ai authentifié. » —,

67 l'évêque Petilianus dit :

« Tu en as plus écrit que je n'en ai dit¹. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

68 Fortunatianus, évêque de l'Église catholique, dit :

« En vérité le très digne évêque Petilianus, bien qu'à l'instant même il ait affirmé que la cause devait s'appuyer sur les divines Écritures, et qu'on devait l'instruire à l'aide des témoignages divins, nous le voyons maintenant dans son intervention s'égarer sur des voies détournées à propos des personnes des évêques ordonnés. Et c'est bien pour

surveille les gestes, au moment où Fortunatianus l'accuse de prolixité ; mais on ne peut exclure qu'elle vise la « prolixité » du *mandatum* catholique qui vient d'être lu.

prosecutione eius ostenditur. Atque ideo, ne illi similes uideamur, decreti tenorem accepit sublimitas tua, et quid patrum statuta uoluerint eius lectione monstratum est. Conuenit praesentes, moratoriis omnibus actionibus repulsis
 10 atque prostratis, eligere nunc ex parte sua idoneos qui possint institutae causae praestare rationem omniumque consensum his actis depromere, ut dilucescente ueritate nulli possit esse ambiguum. Siquidem confirmatis personis nulla pars audebit dicere sententiam non posse <nec>
 15 debere consistere, quandoquidem eorum consensus actis fuerit depromptus. Et ideo aut subscriptionibus quae gerimus se doceant confirmare, aut consensum suum singuli patefaciant, ut actio ecclesiae possit suo ordine inchoari. »
 Et, alia manu : « Reconoui. »

69 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« De incompetenter ordinatis quos Petilianus uir sanctissimus comprehendit me certum est qui ad aliam partem
 5 principali auctoritate iudex uideor constitutus non posse
 PL,11, cognoscere. Superest ut, si numerum episcoporum qui ab
 1276 officio intra hanc splendidam Carthaginem constitutus est uerum esse credit uenerabilitas uestra, iam nunc intimare dignetur. »

70 Petilianus episcopus dixit :

« Non intellexit e diuerso consistens quid fuerim prosecutus. Nam cum de numero mandantium nunc agatur, diligentiae meae maxime fuit requirere ubi sunt illi qui
 5 praesentibus mandauerunt ; deinde constare non ab re est

Cf. *AVG., Breu. conl., I, XI.*

68, 9 moratoriis *Bal.* : oratoriis *P* 14 nec *add. Bal.* 16
 depromptus *edd.* : depromptus *P*

éviter que notre conduite parût semblable à la sienne que nous avons fait tenir à ta Hauteur le texte de notre mandat ; et l'expression de la volonté des pères a été révélée par sa lecture. Il convient donc que, toutes manœuvres dilatoires repoussées et terrassées, les présents choisissent maintenant en leur sein des porte-parole capables de mettre leurs facultés de raisonnement au service du débat qui s'est institué, et de conférer à ces actes le consentement de tous, afin que, la vérité se faisant jour, il n'y ait plus d'ambiguïté pour personne. Car, une fois confirmées les personnes, aucune des deux parties ne se risquera à dire que la sentence ne peut ni ne doit être tenue pour valable, puisque leur consentement aura été conféré aux actes ; et, à cette fin, qu'ils déclarent par leurs souscriptions confirmer notre mission, ou bien que chacun manifeste successivement son accord, afin que le procès de l'Église puisse s'engager selon sa procédure propre. »
 Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

69 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Au sujet des évêques indûment ordonnés auxquels s'en est pris le très saint évêque Petilianus, il est certain que je ne puis instruire une enquête, l'autorité impériale m'ayant constitué juge pour une autre affaire. Il reste à vos Révérences de bien vouloir faire savoir dès maintenant si elles estiment exact le nombre des évêques qui ont été constitués dans les murs de la resplendissante Carthage par les soins de l'administration. »

70 L'évêque Petilianus dit :

« La partie adverse n'a pas compris l'objet de ma déclaration, car, puisqu'il s'agit maintenant du nombre des mandants, mon souci d'exactitude m'a inspiré surtout de m'enquérir où sont ces évêques qui ont donné mandat aux présents ; en conséquence de quoi, il n'est pas hors de propos que soit clairement établi ce que j'ai requis

quod sum in tuo iudicio, uir nobilis, prosecutus. Quoniam igitur et iacturam fecerunt earum rerum quas forensibus cancellis ac legibus uti potuerant et recitauerunt mandatum quod non magis forense sit sed legale, hinc agnosco debere me illis lege diuina competenter respondere. Sed, ut prius de mandatorum numero constet et de patribus meis quanti mandauerint uel quanti sint mandaturi, id primum peto de nobilitate tua, ut superfluum non sit de numero utriusque partis ferre debere iudicium celsitudinem tuam. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

<71 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :>

« Euitandae quidem multitudinis causa ad hunc locum de quorum numero dubitatur minime conuenisse dicuntur, praesertim cum suffecerit eos praesentibus omne delegasse negotium ; sed si quid super hac parte dubitationis adferatur, iudiciis intimetur. »

72 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis, dixit :

« Nos euitamus tumultum ; ideo non uenerunt, sed mandatum firmissimum est quod lectum est nobilitati tuae. Si de numero dubitatur, eant prouinciales ad Mauros, eant prouinciales ad Numidas, eant prouinciales ad Byzacenos, eant quoque ad Tripolitanos, eant ad prouinciae Procon-

Cf. Avg., *Breu. cont.*, I, xi.

70, 10 debere me *edd.* : dedere me *P* || competenter *scripsi* : competentium *P* competenter *edd.* 11 patribus *scripsi cum cod.* : partibus *Bal. Dup.* 15 recognoui *edd.* : recognouit *P*

71 numerum et rubricam *cod. om. rest. Mass.*

72, 6 Byzacenos *Bal.* : Bizacenos *P*

1. Indice que tous ces évêques africains rassemblés à Carthage

devant ton tribunal, noble juge. Puisque donc ils ont fait abandon de faits qu'ils auraient pu exploiter à la barre d'un prétoire profane et selon la procédure légale, et puisqu'ils ont fait lire un mandat qui n'est pas davantage de procédure profane, mais ecclésiastique, je reconnais que par là obligation m'est faite de fournir une réponse appropriée en m'appuyant sur la loi divine. Mais, afin que soit d'abord établi le nombre des mandants de la partie adverse et, de mon côté, combien de nos pères ont donné mandat, ou vont donner mandat, je prie d'abord ta Noblesse de ne pas considérer comme superflu que ton Élévation doive porter un jugement sur le nombre de l'une et l'autre partie. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

71 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« C'est pour éviter un rassemblement de foule qu'on déclare que ne sont pas réunis ici ceux dont le nombre est mis en doute, d'autant plus qu'il suffisait qu'ils se fussent déchargés de toute la responsabilité de l'affaire sur leurs délégués en présence de ceux-ci ; mais, si quelque doute s'élève sur ce point, qu'on en fasse part au tribunal. »

72 Aurelius, évêque de l'Église catholique de Carthage, dit :

« Nous, nous cherchons à éviter le tumulte : c'est pour cela qu'ils ne se sont pas présentés ; mais le mandat qui a été lu à ta Noblesse a pleine validité. Si notre nombre est mis en doute, que leurs évêques des différentes provinces aillent vers leurs collègues de Maurétanie, de Numidie, de Byzacène, de Tripolitaine aussi, qu'ils aillent trouver nos évêques de la province Proconsulaire¹, du moins ceux

restaient théoriquement groupés par province, sous la conduite de leurs primats ; cf. nos remarques sur l'ordre des signatures, dans *Introd.*, t. I, p. 168-180.

sularis qui praesentes sunt ex numero ipsorum et cognoscant nostros qui huic mandato subscripserunt. »

10 Et, alia manu : « Recognoui. »

73 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Non patiar rem superfluam longa partium obluclatione differri. Vnde, ueniant uniuersi. »

74 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Quid opus est turbis? Et nos in ciuitate deuersati sumus et nostri collegae ; hii quoque in ciuitate, ut dicunt, non hodie sed aliquantis diebus demorati sunt. Legantur subscriptiones et de cuius nomine dubitant, ipse ueniat. »

5 Et, alia manu : « Recognoui. »

75 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« In uno loco sunt omnes, aut id non potest liquido designari? »

76 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Nescimus. Postea quam mandauerunt quid opus erat ut concluderentur? » Et, alia manu : « Recognoui. »

Augustinus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit : « De quorum nomine dubitatur, ipsi ueniant. » Et, alia manu :

5 « Recognoui. »

PL, 11, 1277 **77** Emeritus episcopus dixit :

« Inpugnat se actio, et ex una parte diuersa contentio. Vnus prosequitur uenire debere, alter nescire se utrum

Cf. *AVG.*, *Breu. conl.*, I, xi.

10 recognoui *edd.* : recognouit *P*

74, 2 deuersati *scripsi cum cod.* : diuersati *Mass. Pith.* diu uersati *Bal. Dup.* 3 hii *scripsi cum cod.* : ii *edd.*

d'entre eux qui sont présents, et qu'ils reconnaissent les nôtres qui ont souscrit ce mandat. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

73 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Je ne tolérerai pas que la solution d'une question secondaire soit différée par l'interminable controverse des deux parties. Aussi, qu'on les introduise tous. »

74 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Qu'avons-nous à faire de multitudes? Nous avons pris gîte dans cette cité, nous et nos collègues. Eux aussi, de leur côté, sont demeurés en ville, comme ils le disent, non seulement aujourd'hui, mais plusieurs jours¹. Qu'on lise les souscriptions, et celui sur le nom duquel s'élève un doute, que celui-là se présente. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

75 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Sont-ils tous réunis au même endroit, ou bien ne peut-on le préciser nettement? »

76 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Nous ne le savons pas. Quel besoin y avait-il de les enfermer une fois le mandat donné? » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

Augustin, évêque de l'Église catholique, dit : « Que se présentent ceux sur le nom desquels s'élève un doute. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

77 L'évêque Emeritus dit :

« Le débat est incohérent, et les intentions de la partie adverse sont contradictoires ; l'un déclare qu'ils doivent venir, l'autre qu'il ne sait s'ils peuvent se présenter. Qu'ils

1. Aurelius veut dire apparemment qu'évêques catholiques et donatistes ont eu le temps de contrôler mutuellement leur présence.

possint adesse. ^AConcordent inter se sententiis suis, et
 5 arbitrato proprio atque secreto quid magis eligant dicant.
 Opperimur enim pro meritis tuis quicquid isti dixerint,
 quod magis putauerint eligendum. Non enim nos falsitatis
 crimen obicimus, sed hoc ipsum factum uolumus iudiciis
 10 adprobari. Melior est enim astipulatio quae praesentibus
 actis inditur, et ueritatis fides instrumentorum ueritate
 firmatur. Agitur enim res de qua quis negare poterit :
 « Non mandauit, non interfui, nescio. » Non enim ex me
 ista procedunt, sed ex ipsis potius qui ista confingunt.
 15 Habeant inter se consilium suum arbitrioque suo definiant
 uniuersa ut, si uolunt in praesenti mandare, sicuti nos
 personas mandantium actis sublimitatis tuae nunc in
 praesenti insinuamus, habeant in compendio <quod>
 tulerint de medio falsitatem, donamus illis uniuersa quae
 potuerant de praescriptione depromi, ut in sublimitatis
 20 tuae iudicio possit ex illorum et ex nostris partibus apparere
 quod possit esse mandatum. » Et, alia manu : « Emeritus
 episcopus recognoui. »

78 Augustinus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Tumultus ne fieret cauendum fuit et hoc salubriter
 prudenterque prouidisti. Et quoniam metuendum est ne,
 cum fuerit exorta aliqua perturbatio, nobis potius tribua-
 5 tur, incertumque sit hominibus a quorum parte potius

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, xi.

77, 6 opperimur Dup. : operimur P 8 obicimus scripsi cum
 cod. : obicimus edd. 15 praesenti edd. : presenti P 17 praesenti
 edd. : presenti P || quod addidi 19 praescriptione P Pith. : praecep-
 tione Mass. Bal. Dup. || in P : om. edd.

1. En dépit du vocabulaire technique, la demande d'Emeritus
 n'était pas juridiquement bien fondée, puisque les catholiques

se mettent d'accord entre eux, et après en avoir décidé
 entre eux et hors séance, qu'ils disent quel parti ils préfèrent
 prendre. Car nous attendons, en considération de ta
 dignité, ce qu'ils auront bien voulu dire, le parti qu'ils
 auront choisi d'adopter. En effet, ce n'est pas nous qui
 portons une accusation en faux, mais c'est le fait en
 lui-même que nous voulons soumettre à la vérification du
 tribunal. Car meilleure est ainsi la garantie qui est donnée
 aux présents procès-verbaux, et l'authenticité des débats
 est renforcée par l'authenticité des pièces officielles¹. Car
 il s'agit d'un procès à propos duquel on pourra se récuser
 en disant : « Je n'ai pas donné mandat, je n'y ai pas
 assisté, je ne sais pas. » Ces chicanes ne sont pas mon fait,
 mais bien leur fait à eux qui les inventent. Qu'ils délibèrent
 donc entre eux, et qu'ils fixent tout selon leur volonté,
 en sorte que — s'ils se déterminent à donner mandat séance
 tenante, de même que c'est maintenant, séance tenante,
 que nous présentons par-devant le tribunal de ta Hauteur
 les personnes de nos mandants — ils recueillent le profit
 d'avoir éliminé toute équivoque : nous leur faisons
 abandon du bénéfice que nous aurions pu tirer de notre
 objection préalable², afin que puisse apparaître au jugement
 de ta Hauteur ce qui peut faire l'objet d'un mandat, que
 ce soit du côté de leur partie ou du côté de la nôtre. »
 Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai
 authentifié. »

78 Augustin, évêque de l'Église catholique, dit :

« Il fallait prendre garde que ne se produisit du désordre,
 et tu y as pourvu de façon salutaire et sage. Et puisqu'il
 nous faut craindre, si quelque incident a lieu, qu'on ne
 le porte plutôt à notre compte, et que l'opinion publique
 discerne mal de quel côté plutôt il se sera produit, nous

avaient donné mandat par-devant le juge ; en réalité les donatistes
 espéraient découvrir des signatures falsifiées.

2. La principale et la première, celle de *tempore*.

extiterit, nihil melius et tranquillius putamus decernere nobilitatem tuam nisi ut, recitatis omnibus nominibus, de quo dubitant ueniat. » Et, alia manu : « Recongnoui. »

79 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Accepistis professionem partis aduersae ; quae conpetunt peragantur. »

80 Emeritus episcopus dixit :

« Patientia nobilitatis tuae intimumque secretum quod omnibus monstras cunctorum oculis patuit ; teneo iudicii tui fidem, teneo testimonium. Paene iam peracto solis curriculo
5 totus transactus est dies, et nullus adhuc exortus tumultus, cum tanta sacerdotum Dei multitudo consistat. Quis enim praeter eos quos iudicii ueritas adesse praecepit, uel mutiando inter se, uel balbo sermone respondit ? Tacito
10 linguae silentio exspectant ueridici cognitoris integram seueramque sententiam et adclinibus, ut dixi, paene ceruicibus in te ipsum toto ore pendentes, quid de Dei causa iudices sollicitate rimantur. Nullus strepitus, sermo nullus, immo ad Deum continua oratio et ad caelum priuata uox. Vnde hic tumultus publicus de priuatis
15 scurrilibusque sermonibus quibus <est> facile strepere, aut ex ipso usu rixa cottidiana metus iudiciorum non

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, xi.

80, 2 patientia *Bal.* : patientiam *P* 3 monstras *Bal.* : monstrans *P* 4 paene *edd.* : pene *P* 8 mutiando *Bal.* : mutiando *P* 15 sermonibus *edd.* : sermonis *P* || est *scripsi* : aut *P* *edd.*

1. Très inexact, puisque l'audience ne prendra fin que vers sept heures du soir (*Gesta*, I, 219), après de longues heures employées au défilé des évêques.

2. Forte et intéressante formulation — même si elle apparaît dans le contexte comme une *captatio beneuolentiae* à l'adresse du

estimons que ta Noblesse ne peut prendre parti meilleur et plus serein que de faire venir celui à propos de qui se sera élevé un doute, une fois lecture donnée de tous les noms. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

79 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Vous avez entendu la déclaration de la partie adverse. Qu'on lui donne une réponse appropriée. »

80 L'évêque Emeritus dit :

« La patience de ta Noblesse, et sa conscience intime, que tu découvres à tous, s'est dévoilée à tous les regards ; je suis sûr de la loyauté de ton jugement, j'en ai la garantie. La course du soleil est presque à son terme, la journée s'est achevée¹, et aucun désordre ne s'est encore produit, alors que tient séance une foule si nombreuse d'évêques de Dieu. Qui en effet s'est fait entendre, même en murmurant à part soi, même en chuchotant, en dehors de ceux dont l'impartialité du tribunal a prescrit la présence aux débats ? C'est en imposant à leurs langues un parfait silence qu'ils attendent la juste et sévère sentence du juge impartial, et comme je l'ai dit, les nuques presque prosternées, le visage tout attentif et suspendu à tes paroles, ils épient anxieusement le jugement que tu porteras sur la cause de Dieu. Aucun brouhaha, aucun bavardage, mais une prière ininterrompue qui s'élève vers Dieu, et vers le ciel une voix intérieure². Comment pourrait se produire ici un tumulte général qui provient des bavardages et des plaisanteries privées, qui font facilement du bruit, ou bien encore pourrait-il se produire, naissant du développement de la procédure même, de ces querelles de tous les jours

juge — d'une attitude d'ascèse vraisemblablement inspirée par l'idéal monastique de l'*oratio perpetua* (ici *continua*) ; cf. les références et les commentaires de J. FONTAINE, *Vie de saint Martin*, t. III (*Sources Chrétiennes*, vol. 135), p. 1081-1093.

timens possit exurgere? Ad hoc Dei sacerdotes tot
antistites, animae suae causam et fidei suae rationem
audire cupientes, tumultu superfluo et quadam rixa
20 turbantes, ad iudicii ueritatem nolentes descendere,
quaerunt inmissam actionem turpissime perturbare?»
Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

PL,11, **81** Augustinus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

1278 « Ad multa fratris mei uideat nobilitas tua quam pauca
respondeam. Quod si nobis uoluerint respondere, causa tota
cito forsitan peragetur. Metuendum est ne ideo non fiat
5 tumultus ab hac turba quae praesens est, quia non hic
est alia multitudo in quam possit referri causatio. » Et,
alia manu : « Recognoui. »

82 <Emeritus> episcopus dixit :

« Confiteris illos cum tumultu esse uenturos. Nam hic
tumultus nec fuit nec erit a partibus nostris. »

Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

83 Augustinus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Non confiteor cum tumultu esse uenturos, sed timeo
ne ideo adhuc quiescat multitudo praesens quia non est
in quem referat si quid forte turbulenter extiterit, dum
5 utraque praesens fuerit multitudo. Petimus ut quod
dictum est fiat ; de quocumque dubitatur, praesentetur. »
Et, alia manu : « Recognoui. »

Cf. *Av.*, *Breu. conl.*, I, xi.

18 fidei suae *edd.* : fidem suam *P* 19 tumultu *Dup.* : tumultum *P*

81, 2 pauca *edd.* : paucam *P*

82, 1 Emeritus *scripsi* : Petilianus *P edd.*

exemptes de la crainte qu'inspirent les tribunaux ? Qui plus est, ces prêtres de Dieu, ces évêques en si grand nombre, désireux d'entendre débattre la cause de leur âme et la raison de leur foi, cherchent-ils à perturber scandaleusement l'action engagée, en troublant le débat par un tumulte superflu et des querelles, en se refusant à descendre là où gît la vérité du procès ? » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

81 Augustin, évêque de l'Église catholique, dit :

« Ta Noblesse pourra constater à quel point je serai bref pour répondre aux nombreuses paroles de mon frère. S'ils veulent véritablement nous répondre, il ne faudra peut-être pas longtemps pour débattre de toute la cause. Ce qu'il nous faut redouter, c'est que si aucun désordre ne se produit actuellement du fait de la foule ici présente, c'est précisément parce qu'il ne se trouve pas en face d'elle une autre multitude sur laquelle on puisse rejeter la responsabilité. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

82 L'évêque Emeritus dit :

« Tu reconnais qu'ils amèneront le désordre avec eux. Car il n'y en a pas eu et il n'y en aura pas de notre part. » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

83 Augustin, évêque de l'Église catholique, dit :

« Je ne reconnais pas qu'ils amèneront le désordre ; mais je redoute que la multitude ici présente ne se tienne tranquille jusqu'à maintenant, pour cette seule raison qu'il n'est personne sur qui rejeter la responsabilité de troubles éventuels, en attendant qu'il y ait foule de part et d'autre. Nous demandons qu'il en soit fait comme il a été dit : celui sur qui un doute s'élève, que celui-là soit introduit. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

84 Adeodatus episcopus dixit :

« Si in paucos tumultus fieri non potest, in plurimos fieri quemadmodum potest? » Et, alia manu : « Recognoui. » Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit : « Iudica. »

5 Et, alia manu : « Recognoui. »

85 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Potest quidem sacerdotalis multitudo, diuinam considerans utrobique sententiam, etiam in quavis populositate praestare silentium ; sed illud certum est et ambigi nullatenus potest, paucitatem magis silentio posse praebere consensum. Vnde, ne superfluis inmoremur, si de subscriptionibus aliqua dubitatio est, eos quos nec praesentes esse, nec subscribere potuisse credit sanctitas uestra, faciam ad iudicium mox uenire, ut tandem aliquando, confirmatis secundum imperiale praeceptum ex utraque parte personis, ad negotii merita ueniantur. »

86 Emeritus episcopus dixit :

« Ex una parte diuersae sententiae concordare debent. Aut enim hic esse suos dicunt, et adesse debent ; aut si absentes esse profitentur, uideat nobilitas tua quid de absentibus debeat iudicare. » Et, alia manu : « Emeritus episcopus recognoui. »

87 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Quod praesentes praesentibus mandauerunt prosecutione sanctitatis uestrae tenetur expressum, et quod

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, XI.

87, 4 et quod scripsi cum cod. : eo quod edd.

I. Le mot *diuinam* peut être tenu pour ambigu dans le contexte ; nous croyons cependant qu'il fait référence à l'empereur (comme

84 L'évêque Adeodatus dit :

« Si le désordre ne peut se produire contre un petit nombre, comment peut-il se produire contre un grand nombre? » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. » Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit : « A toi d'en juger. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

85 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Il peut bien se faire qu'une foule composée d'évêques, respectant de part et d'autre la décision impériale¹, observe le silence, quelque grand qu'en soit le nombre ; mais ce qui est sûr et ne souffre aucun doute, c'est qu'un petit nombre peut consentir plus facilement au silence. Aussi, pour éviter de nous attarder sur des points secondaires, si quelque soupçon s'élève au sujet des souscriptions, ceux dont vos Saintetés contesteront la présence, ou même qu'ils aient pu souscrire, je les ferai immédiatement venir au tribunal, en sorte qu'après avoir enfin de part et d'autre constitué les personnes conformément à l'instruction impériale, on en vienne au fond de l'affaire. »

86 L'évêque Emeritus dit :

« Il faudrait que dans la partie adverse on fasse s'accorder des avis contradictoires ; ou bien en effet ils disent que les leurs sont ici, et dans ce cas ils devront se présenter ; ou bien, s'ils les déclarent absents, que ta Noblesse s'avise du jugement qu'elle doit porter sur les absents. » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

87 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Que mandat a été donné en présence d'une part des mandatés et d'autre part de leurs mandants, cela ressort

dans *Gesta*, I, 4, in fine : « diuina manu ») : Marcellinus fait visiblement écho à la description que vient de faire Emeritus de l'attitude de soumission des évêques donatistes (cf. I, 80, notamment l. 6-10).

5 omnes qui subscripserunt a uobis et a uestris omnibus facile possint agnosci. Vnde, cum subscriptiones per ordinem fuerint recitatae, de quo dubitatur poterit mox uenire.»

88 Adeodatus episcopus dixit :

« Adfero compendium diuersae parti, ne tumultus posse fieri utrisque partibus praesentibus putent. In uno loco coepiscopi nostri consistant, ad alterum item locum suos
5 faciant uenire. Et cum recitata fuerint quaecumque loca, bini mittantur, quo possit omnis causatio, omnis tumultus amputari.» Et, alia manu : « Adeodatus episcopus recognoui. »

89 Alypius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Noua res nunc a diuersa parte flagitatur. Nam nos
PL,11, oboedientes edictalibus praeceptis tot uenimus quot
1279 edicto fuerant definiti. Sed quia et hoc non est negandum
5 sollicitudini praesentium, quamquam de numero quaerere non sit nostrae praesentis actionis, tamen qui modo praesentes fratres nostri repperiri potuerint, iube ut ingrediantur ; si qui forte absentes fuerint, crastino eorum praesentiae tuis etiam obtutibus monstrabuntur, dum
10 tamen, ne ulla dilatio causae nascatur, sicut nos certi numero adsumus, electi <ab> uniuersali catholico concilio, etiam ipsi ad asserendum confirmati iam suscipiant omnem sarcinam causae, ut nulla dilatio quaestioni possit obponi.» Et, alia manu : « Recognoui. »

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, XI.

89, 7 potuerint scripsi cum cod. : potuerunt edd. 9 praesentiae
Mass. Bal. Dup. : praesentia P Pith. 11 ab add. Bal.

expressément de l'intervention de vos Saintetés, et aussi que tous ceux qui ont souscrit peuvent aisément être reconnus par vous et les vôtres. Aussi, quand les souscriptions auront été lues dans l'ordre, celui à propos duquel se sera élevé un doute pourra se présenter immédiatement.»

88 L'évêque Adeodatus dit :

« Je propose une procédure simplifiée à la partie adverse, pour éviter qu'ils ne pensent que puissent se produire des désordres si les deux parties sont présentes. Que nos propres frères dans l'épiscopat se tiennent d'un côté et qu'ils fassent venir les leurs de l'autre ; et, à mesure que les sièges seront lus sur la liste, qu'on les renvoie deux par deux, afin de pouvoir ainsi couper court à tout grief, à tout désordre.» Et, d'une autre main : « Moi, Adeodatus, évêque, j'ai authentifié. »

89 Alypius, évêque de l'Église catholique, dit :

« C'est une nouvelle demande qui est maintenant présentée par la partie adverse. En effet, obéissant aux instructions de l'édit, nous ne sommes venus qu'au nombre fixé par l'édit. Mais, parce que nous ne pouvons pas ne pas déférer à l'inquiétude de nos collègues présents, bien qu'une enquête sur le nombre ne soit pas du ressort de l'action en cours, ordonne que soient introduits ceux du moins de nos frères que l'on pourra trouver présents ; s'il s'en trouve éventuellement d'absents, tu pourras dès demain vérifier leur présence de tes yeux ; à cette condition cependant, pour éviter que ne se développe toute autre manœuvre dilatoire : de même que nous siégeons en nombre déterminé, élus par le concile général des catholiques, de même, que prennent en charge, de leur côté, tout le fardeau de la cause des hommes dûment validés pour la défendre, en sorte qu'aucune manœuvre dilatoire ne puisse être opposée à l'instruction.» Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

90 Adeodatus episcopus dixit :

« Praecepit nobis mandatum eorundem ostendi ubi suscripserunt, quod nunc lectum est ab officio. » Et, alia manu : « Adeodatus episcopus recognoui. »

91 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Mandatum quod nunc ab officio recitatum est, in quo subscriptiones omnium continentur, postulantis ostendatur. »

92 Petilianus episcopus dixit :

« Magnam nobis sollicitudinem facit ista uarietas ; aut hodie repraesentent numerum eorum quos sibi dicunt mandasse quod agant, aut ipsi causam in crastinum distulerunt. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

93 Alypius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Non est dilata causa ; hodie agenda est. » Et, alia manu : « Recognoui. » Augustinus episcopus dixit : « Actis offeratur. » Cumque ab officio offerretur,

94 Adeodatus episcopus dixit :

« Hoc exspectauimus, hoc desiderauimus, ut eadem gesta quibus suscripserunt in praesentiarum sint donec mandatores ueniant. » Et, alia manu : « Adeodatus episcopus recognoui. »

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, xi.

92, 3 repraesentent *edd.* : representent *P*

93, 4 cumque ab officio offerretur *scripsi* : c. qu. ab officio offeratur *P* cum quo ab officio offeratur *Pith.* ab officio offeratur *Bal. Dup.*

90 L'évêque Adeodatus dit :

« Ordonne que nous soit montré le mandat revêtu de leurs souscriptions, qui vient d'être lu par le greffe. » Et, d'une autre main : « Moi, Adeodatus, évêque, j'ai authentifié. »

91 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Que le mandat qui vient d'être lu par le greffe et qui contient toutes les souscriptions en annexe soit montré aux demandeurs. »

92 L'évêque Petilianus dit :

« C'est une grande inquiétude que nous causent leurs discordances : qu'ils présentent dès aujourd'hui le nombre de ceux qui leur ont donné mandat d'agir, à ce qu'ils disent, ou alors ils ont d'eux-mêmes renvoyé la cause à demain. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

93 Alypius, évêque de l'Église catholique, dit :

« La cause n'a pas été renvoyée ; c'est aujourd'hui qu'on doit la plaider. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. » Augustin, évêque, dit : « Que le mandat soit consigné aux procès-verbaux. » Et, comme il était consigné par les soins du greffe¹,

94 l'évêque Adeodatus dit :

« Ce que nous attendons, ce que nous désirons, c'est que ces documents auxquels ils ont souscrit restent pour le moment devant nous, jusqu'à l'arrivée des mandants. » Et, d'une autre main : « Moi, Adeodatus, évêque, j'ai authentifié. »

1. Sur le sens de ce passage et de la demande d'Augustin, cf. *Introd.*, t. I, p. 254, note 2.

95 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Hoc necesse est ut fiat, ita ut, si sollicitudinis aliquid geritis, a uobis obsignata seruentur. »

96 Petilianus episcopus dixit :

« Illorum praesentia nobis necessaria est, non mandatum. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

97 Fortunatianus, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Iam postulauimus fratres et consacerdotes nostros intromitti debere, qui praesentes inueniri potuerunt. Praecipiat nobilitas tua superfluum nodum amputari quaestionis, ut intromissi saltem uel obtutibus eorum fidem debitam ferant. » Et, alia manu : « Recognoui. »

Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Hii uenerabiles sacerdotes qui praesentes esse dicuntur uenire dignentur. »

10 Et, ingressis episcopis catholicis,

98 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« In omni petitioni uestrae satisfactum esse cognosco. »

Et adiecit : « Praesentes sunt episcopi quos ingredi uoluitis, qui, secundum imperialis praecepti formam et edicti tenorem, certum numerum ad peragendam causam PL, 11, 1280 elegisse noscuntur. Vnde, ne qua ulterius possit esse dubitatio uel forte confusio, singulis subscriptiones propriae relegantur, ut, agnitis iisdem, exire dignentur. »

Cf. *AVG., Breu. cont.*, I, XII.

97, 8 hii scripsi cum cod. : hi edd.

98, 9 relegantur *Bal.* : selegantur *P*

1. Le juge donne satisfaction à Adeodatus de *Milev* et ordonne la mise sous séquestre provisoire du document catholique.

95 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Il est nécessaire d'agir ainsi, en sorte que, si vous avez quelque inquiétude, ces documents, munis de votre propre sceau, soient gardés à disposition¹. »

96 L'évêque Petilianus dit :

« C'est leur présence qui nous est nécessaire, non leur mandat. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

97 Fortunatianus, évêque de l'Église catholique, dit :

« Nous avons demandé déjà que nos frères et collègues fussent introduits, du moins ceux qu'on a pu trouver. Que ta Noblesse ordonne de trancher cette difficulté superflue à l'instruction, en sorte que leur introduction apporte du moins aux regards de la partie adverse la garantie qui lui est due. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Que les vénérables évêques qui sont déclarés présents veuillent bien entrer². » Et, après l'entrée des évêques catholiques,

98 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Je constate qu'il a été fait droit à votre requête dans toute son étendue. » Et il ajouta : « Voici présents les évêques que vous avez voulu voir introduits ; lesquels, conformément à la procédure définie par l'instruction impériale et à la teneur de l'édit, sont réputés avoir élu un nombre déterminé de délégués pour débattre la cause. Aussi, pour éviter par la suite toute incertitude ou toute confusion éventuelle, qu'on lise à chacun sa propre souscription, afin qu'après avoir été reconnu il veuille bien quitter la salle. »

2. Sur les différents mouvements des évêques des deux parties, cf. *Introd.*, t. I, p. 81, note 5.

99 Martialis exceptor ex mandato recitavit :

« Aurelius episcopus ecclesiae catholicae Carthaginensis, Carthagini constitutus, praesente viro clarissimo tribuno et notario Marcellino, hoc mandatum suscepi et subscripsi. »

5 Hoc modo omnes reliqui subscripserunt.

Item recitavit : « Silvanus episcopus Summensis ecclesiae catholicae ». Idem dixit : « Praesto sum. »

Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Silvanus qui non suscepit collationem exeat. » Quo

10 egresso, item recitavit : « Valentinus episcopus ecclesiae Vaianensis ». Item dixit : « Praesto sum. »

100 Alypius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Reddiderunt nos sollicitos ; diligentiam nobis primitus ipsi incusserunt. Quomodo nominantur nostri, sic etiam de ipsorum numero dubitamus. » Et, alia manu : « Recognoui. »

101 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Ita fiet. Consentit tamen pars diuersa ut simul agniti exeant? »

102 Aurelius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Sed primo mandare habent et ipsi, ut appareat quia hic sunt. » Et, alia manu : « Recognoui. »

103 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Ergo placet sanctitati uestrae ut post impletum mandatum exeant etiam partis uestrae uenerabiles uiri epis-

Cf. *AvG.*, *Breu. cont.*, I, XII.

99, 11 Vaianensis *Bal.* : Vaienen. *P* || sum *edd.* : sunt *P*

100, 1 Alypius *edd.* : Alyppius *P* 4 dubitamus *edd.* : dubitemus *P*

99 Le greffier Martialis lut, dans le mandat :

« Aurelius, évêque de l'Église catholique de Carthage, me trouvant à Carthage, en présence du clarissime tribun et notaire Marcellinus, j'ai pris charge de ce mandat et j'ai souscrit. » Tous les autres ont souscrit selon cette formule¹. De même, il lut : « Silvanus, évêque de *Summa*, de l'Église catholique ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit : « Que Silvanus, qui n'a pas pris charge de la conférence, veuille bien sortir. » Lequel étant sorti, le greffier lut : « Valentinus, évêque de l'église de *Vaiana* ». Le susnommé dit : « Je suis présent. »

100 Alypius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Ils nous ont rendus inquiets, ils ont été les premiers à nous inspirer cette défiance attentive : puisqu'on procède à l'appel nominal des nôtres, eh bien, nous aussi nous mettons leur nombre en doute. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

101 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Ainsi sera-t-il fait. La partie adverse consent-elle cependant à ce qu'ils quittent ensemble la salle après avoir été reconnus? »

102 Aurelius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Mais d'abord ils ont à donner mandat eux aussi, afin que leur présence ici soit dûment constatée. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. »

103 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Ainsi vos Saintetés consentent à ce que, une fois le mandat donné, quittent également la salle les vénérables évêques de votre parti, et que la cause soit débattue entre

1. Vraisemblablement une observation du greffier Martialis.

5 copi, et inter paucos causa peragatur? Ad quod quaesitum est respondere dignemini. »

104 Primianus, episcopus ecclesiae Carthaginensis, dixit :

« Cum et nos apud acta mandauerimus praesentes, eximus, damus locum actoribus; hic tamen in proximo erimus. »

5 Et, alia manu : « Primianus episcopus recognoui. »

105 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Ergo uestrae quoque subscriptiones iudicii intimentur, ut illorum quoque professiones praesentium requiruntur. »

106 Petilianus episcopus dixit :

« Apud acta uolunt mandare. » Et, alia manu : « Petilianus episcopus recognoui. »

107 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Apud quae acta sanctitas uestra se asserit mandaturam? »

108 Emeritus episcopus dixit :

« In iudicio praestantiae tuae uoluntas est nostra, si iubes, ut <quod inchoatum est> gestis municipalibus, hoc iudicio nobilitatis tuae finiatur. » Et, alia manu :

5 « Emeritus episcopus recognoui. »

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, XII.

103, 5 ad quod *scripsi* : et ad quod *P* *edd.* 6 dignemini *edd.* : dignamini *P*

108, 2 praestantiae tuae *Bal.* : p. t. *P* prudentiae tuae *Mass.* 3 quod inchoatum est *addidi*

1. Donc les évêques donatistes resteront dans la salle jusqu'à leur appel nominal; en principe, les évêques catholiques sortiront

un petit nombre de délégués? Veuillez bien répondre aux questions qui vous sont posées. »

104 Primianus, évêque de l'Église de Carthage, dit :

« Quand nous aussi nous aurons donné mandat par-devant le tribunal, mandatés et mandants étant présents, nous quitterons la salle, nous céderons la place aux évêques porte-parole¹. Mais nous resterons ici à proximité. » Et, d'une autre main : « Moi, Primianus, évêque, j'ai authentifié. »

105 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Dans ce cas, que vos souscriptions aussi soient communiquées au tribunal, de même que sont requises également les déclarations des évêques présents de la partie adverse. »

106 L'évêque Petilianus dit :

« Ils veulent donner mandat par-devant le tribunal. » Et, d'une autre main : « Moi, Petilianus, évêque, j'ai authentifié. »

107 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Par-devant quel tribunal vos Saintetés se disent-elles prêtes à donner mandat? »

108 L'évêque Emeritus dit :

« Par-devant le tribunal de ton Excellence, telle est notre volonté, avec ton ordre, afin que ce qui a été commencé par-devant les autorités municipales soit terminé devant le tribunal de ta Noblesse². » Et, d'une autre main : « Moi, Emeritus, évêque, j'ai authentifié. »

après avoir été reconnus par leurs adversaires (I, 99), mais cf. *Introd.*, t. I, p. 81, note 5.

2. Le texte est altéré; mais on perçoit, sinon intégralement la lettre, du moins l'esprit de cette intervention: Emeritus fait allusion aux *gesta municipalia*, rapports de comparaison dressés en tous lieux par les autorités locales et adressés au juge (*Gesta*, I, 5, l. 35-47); un *mandare apud acta iudicis* lui semble l'aboutissement normal de cette procédure.

109 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Illud nunc est quod a uestra sanctitate ad amputandas omnes ambages necessario postulatur, ut apertissime designetis utrum uobis epistula mandati cum subscriptio-
5 nibus recitata sufficiat, an etiam ipsos quaeritis apud acta mandare. »

110 Petilianus episcopus dixit :

« Non ut profiteantur uolumus, sed ut recognoscantur a nobis qui mandasse dicuntur. » Et, alia manu : « Ut supra-scriptum ».

PL,11, 1281 **111** Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Ergo subscribentium nomina per ordinem recitentur. »

112 Honoratus exceptor recitauit :

« Numidius episcopus ecclesiae catholicae Maxulitanae. »
Idem dixit : « Praesto sum. » Felix episcopus dixit :
« Agnosco illum. » Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et
5 notarius, dixit : « Constat utrumque esse praesentem. »

113 Alypius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Illorum etiam duorum qui iam exierunt conpares prodeant. Ipsi hoc exegerunt. Videantur ergo qui praesentes sunt et qui absentes ; hoc uolumus constet. »
5 <Et, alia manu : « Recognoui. » Et, accedente Adeodato episcopo, >

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, XII.

110, 3 ut suprascriptum scripsi : ut ss P ut supra Bal. Dup.

113, 3-4 Ipsi — constet recte reposuit hoc loco Bal. haec uerba in cod. perpere posita in cap. 115 5-6 et — episcopo restitui

109 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Ce qu'on réclame à présent de toute nécessité à vos Saintetés, afin de couper court à toute ambiguïté, c'est que vous indiquiez très clairement si vous vous contentez de la lettre constituant mandat, revêtue des souscriptions, qui vient d'être lue, ou bien si vous exigez également qu'ils donnent personnellement mandat par-devant le tribunal. »

110 L'évêque Petilianus dit :

« Ce que nous demandons, ce n'est pas que ceux qui sont réputés avoir donné mandat le confirment par une déclaration, mais qu'ils soient reconnus par nous. » Et, d'une autre main : « Comme ci-dessus. »

111 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Qu'on donne donc, dans l'ordre, lecture des noms des signataires¹. »

112 Le greffier Honoratus lut :

« Numidius, évêque de l'église catholique de Maxula. »
Le susnommé dit : « Je suis présent. » L'évêque Felix dit :
« Je le reconnais. » Marcellinus, clarissime, tribun et
notaire, dit : « Il est établi que l'un et l'autre sont présents. »

113 Alypius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Que les compétiteurs également des deux qui viennent de sortir s'avancent. Ce sont eux qui ont formulé cette exigence. Voyons donc ceux qui sont présents et ceux qui sont absents. Nous voulons que cela soit établi. » Et, d'une autre main : « J'ai authentifié. » Et, comme l'évêque Adeodatus s'avavançait,

1. Sur l'ordre des souscriptions, cf. *Introd.*, t. I, p. 168-180.

114 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Cuius ciuitatis est uir uenerabilis episcopus? » Adeodatus episcopus dixit : « Felix episcopus Summensis, nostrae communionis, qui contra Siluanum agit, male habet. »

115 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Probabilis excusatio est. » Et <adiecit> : « Alius recitetur. » Et recitauit : « Marinus episcopus ecclesiae catholicae Taborensis ». Idem dixit : « Praesto sum. » Victor episcopus ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. »

116 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Vtrorumque praesentiam gesta retinebunt. » Itemque recitauit : « Aurelius episcopus ecclesiae catholicae ciuitatis Magomaziensis ». Idem dixit : « Praesto sum. » Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit : « Alius eiusdem ciuitatis episcopus ueniat a parte diuersa. » Sallustius episcopus partis Donati ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. » Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit : « Etiam hos constat esse praesentes. »

Item recitauit : « Victor episcopus ecclesiae catholicae Libertinensis ». Idem dixit : « Praesto sum. » Ianuarius episcopus loci suprascripti dixit : « Agnosco illum ; dioecesis mea est. » Victor episcopus ecclesiae catholicae dixit : « Neminem illic habet. » Ianuarius episcopus partis Donati dixit : « Dioecesis mea est. » Victor episcopus ecclesiae catholicae dixit : « Cum neminem illic habeat, neque

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, XII.

114, 4 Summensis *scripsi* : Zumen. P 5 agit *edd.* : aget P

115, 3 adiecit *add. Bal.* 5 praesto *edd.* : presto P

116, 7 Sallustius *scripsi* : Salustius P

114 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« De quelle cité est le vénérable évêque? » L'évêque Adeodatus¹ dit : « Felix, l'évêque de *Summa*, de notre communion, qui exerce son ministère en face de Silvanus, est malade. »

115 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« C'est une excuse recevable. » Et il ajouta : « Qu'on en lise un autre. » Et il lut : « Marinus, évêque de l'église de Thabbora ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Victor, évêque de la cité susdite, dit : « Je le reconnais. »

116 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Il sera pris acte de la présence de l'un et de l'autre. » Et de même, il lut : « Aurelius, évêque de l'église catholique de la cité de Macomades. » Le susnommé dit : « Je suis présent. » Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit : « Que l'autre évêque de la même cité vienne de son côté. » Sallustius, évêque du parti de Donat de la cité susdite, dit : « Je le reconnais. » Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit : « Il est établi que ceux-ci aussi sont présents. »

De même, il lut : « Victor, évêque de l'église catholique de Libertina ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Ianuarius, évêque de la localité susdite, dit : « Je le reconnais ; c'est mon diocèse ». Victor, évêque de l'Église catholique, dit : « Il n'a là personne. » Ianuarius, évêque du parti de Donat, dit : « C'est mon diocèse. » Victor, évêque de l'Église catholique, dit : « Puisqu'il n'a là

1. Adeodatus de *Milev*, avocat donatiste ; le cas de Felix de *Summa*, absent, sera longuement discuté plus tard (I, 201).

ecclesiam, neque aliquem communicantem, frustra mentitur quod sit eius dioecesis. » Ianuarius episcopus dixit :

20 « Communicarunt tibi ante uim tuam? »

117 Petilianus episcopus dixit :

« In una plebe Ianuarii collegae nostri praesentis, in una dioecese, quattuor sunt constituti contra ipsum, ut numerus scilicet augetur. »

118 Alypius, episcopus ecclesiae catholicae, dixit :

« Quaeratur quot annorum episcopus sit. »

119 Petilianus episcopus dixit :

« Quattuor estis contra unum. »

120 Marcellinus, uir clarissimus, tribunus et notarius, dixit :

« Haec ad praesentem omnino non pertinent actionem. Quae coepta sunt perlegantur. »

5 Item recitauit : « Optatus episcopus plebis Vesceritanae ». Idem dixit : « Praesto sum. » Fortunatus episcopus ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. »

Item recitauit : « Ianuarius episcopus plebis Tunusudensis ». Idem dixit : « Praesto sum. » Victorianus episcopus ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. »

10 Item recitauit : « Euangelus episcopus ecclesiae Assuritanae ». Idem dixit : « Praesto sum. » Petilianus episcopus dixit : « Noster ibi defunctus est ; ipse dicat. »

Cf. Avg., *Breu. conl.*, I, XII.

120, 8 Tunusudensis *Bal.* (cf. I, 201, 103) : Tunuden. P
10 suprascriptae *Bal.* : superius P

1. Ianuarius est en réalité l'évêque donatiste d'*Aptuca* (?), dont l'autorité épiscopale s'étendait au-delà des limites de son siège propre ; cf. *Introd.*, t. I, p. 126.

2. Praetextatus, condamné comme maximianiste à *Bagal* en 394, mais réintégré dans l'église donatiste au concile de *Thamugadi*,

personne, ni église, ni qui que ce soit de sa communion, c'est en vain qu'il prétend mensongèrement que c'est son diocèse. » L'évêque Ianuarius dit : « Étaient-ils en communion avec toi avant tes violences? »

117 L'évêque Petilianus dit :

« Dans la seule communauté de notre collègue Ianuarius ici présent, dans un seul diocèse, on a établi quatre compétiteurs contre lui, pour grossir le nombre, évidemment¹. »

118 Alypius, évêque de l'Église catholique, dit :

« Qu'on pose la question de savoir depuis combien d'années il est évêque. »

119 L'évêque Petilianus dit :

« Vous êtes quatre contre un. »

120 Marcellinus, clarissime, tribun et notaire, dit :

« Ces faits ne concernent absolument pas l'action en cours. Qu'on poursuive les lectures commencées. »

De même, il lut : « Optatus, évêque de la communauté de Vescera ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Fortunatus, évêque de la cité susdite, dit : « Je le reconnais. »

De même, il lut : « Ianuarius, évêque de la communauté de Tunusuda ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Victorianus, évêque de la cité susdite, dit : « Je le reconnais. »

De même, il lut : « Euangelus, évêque de l'église d'Assuras ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » L'évêque Petilianus dit : « Celui que nous avons là est mort² ; qu'il le dise lui-même. »

en 397 (Avg., *Ep.* 108, II, 5), mort peu avant 400 (Avg., *Contra epist. Parmeniani*, III, VI, 29, *in fine* ; cf. en dernier lieu la notice d'A. C. DE VEER, dans *Trailés anti-donatistes*, vol. IV, *Biblioth. Aug.*, t. 31, p. 791-792). Pétilien ne souffle mot, non plus qu'Euangelus, de Rogatus, ordonné à la place de Praetextatus lors de sa disgrâce, en 394-396 (*Contra Cresc.*, III, LVI, 62), et que les donatistes apparemment n'avaient pas réinstallé après la mort de Praetextatus ; ce Rogatus devait se convertir, peu avant 418, et devenir la victime des circoncellions (*Gesta cum Emerito*, 9).

Item recitavit : « Latonius episcopus ecclesiae plebis
15 Tenitanae ». Idem dixit : « Praesto sum. » Securus episcopus
ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. »

Item recitavit : « Aptus episcopus plebis Tigiensis ». Idem dixit : « Praesto sum. Nec habui, nec habemus
20 episcopum donatistam. » Primianus episcopus Carthaginiensis dixit : « Non illic habemus. »

Item recitavit : « Asellicus episcopus ecclesiae Tusuritanae ». Idem dixit : « Praesto sum. » Aptus episcopus
PL,11, ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. »

1283 Item recitavit : « Innocentius episcopus ecclesiae Germani-
25 niensis ». Idem dixit : « Praesto sum, sed aduersarium non habeo. »

Item recitavit : « Honoratus episcopus ecclesiae Matharensis ». Idem dixit : « Praesto sum, sed non contra me habeo episcopum. »

30 Item recitavit : « Hilarus episcopus ecclesiae Bosetanae ». Idem dixit : « Praesto sum, sed non habeo mecum episcopum. »

121 Petilianus episcopus dixit :

« Noster fuit. » Alypius episcopus ecclesiae catholicae dixit : « Et nos hoc cupimus, ut illum imitemini. »

5 Item recitavit : « Secundus episcopus ecclesiae Ruspitanae ». Idem dixit : « Praesto sum, sed non habeo contra me episcopum. »

Item recitavit : « Donatus episcopus ecclesiae Amphorensis ». Idem dixit : « Praesto sum. » Seruatus episcopus
ciuitatis suprascriptae dixit : « Agnosco illum. »

10 Item recitavit : « Cresconius episcopus ecclesiae Tubi-

Cf. Avg., *Breu. cont.*, I, XII.

21 Asellicus scripsi : Assellicus P 23 suprascriptae Bal. : superius P 30 Bosetanae scripsi : Bofet P Bofetanae Bal. Dup.

121, 7 Amphorensis scripsi (cf. I, 198, 7) : Anburen. P Amburensis Bal. Dup.

De même, il lut : « Latonius, évêque de l'église de la communauté de Thaenae ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Securus, évêque de la cité susdite, dit : « Je le reconnais. »

De même, il lut : « Aptus, évêque de la communauté de Tigias ». Le susnommé dit : « Je suis présent. Je n'ai jamais eu, pas plus que nous n'avons maintenant, d'évêque donatiste. » Primianus, évêque de Carthage, dit : « Nous n'avons
là personne. »

De même, il lut : « Asellicus, évêque de l'église de Tusuros ». Le susnommé dit : « Je suis présent. » Aptus, évêque de la cité susdite, dit : « Je le reconnais. »

De même, il lut : « Innocentius, évêque de l'église de Germania ». Le susnommé dit : « Je suis présent, mais je n'ai pas d'adversaire. »

De même, il lut : « Honoratus, évêque de l'église de Mathara ». Le susnommé dit : « Je suis présent, mais je n'ai pas d'évêque contre moi. »

De même, il lut : « Hilarus évêque de l'église de Boset ». Le susnommé dit : « Je suis présent, mais je n'ai pas d'évêque avec moi. »

121 L'évêque Petilianus dit :

